BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
9 A
13
14-9 G 9

Son de huerta

3-9-A 13

COMPENDIVM PRIVILEGIORVM CONGREGATIONIS Regularis obseruantiæ S. Bernardi Ciſtercien. Ordinis Hispaniæ.



De Superior. Licentia.

M.D.LXXXVIII.

BIBL. VITTORIO EMANUELE

13-9-A-13

REVERENDISSIMAE, AC SANCTAE CONGREGATIONI

Regularis obſeruantiæ S. Bernardi Ciſterclenſis Ordinis Hiſpaniarum humilis eiuſdem Monachus felicitatem in Domino.

[stamp]

CVm anguſta, & ardua ſit via, quæ ducit ad vitam, vtpote quæ a corporeis ſenſibus ſegregata non niſi ſpirituales virtutum greſſus admittit, nemo prorſus in eam pedem inferre, vel illatum promouere poſſet, niſi difficiles illius aditus ipſemet Author itineris Saluator noſter Chriſtus ſe viam efficiendo reſeraret, idemq; ipſe ambulantibus auxilium factus eorundem tędium, & laſſitudinem, ſupernæ beatitudinis expectatione propoſita, minueret, aut

omnino leuaret. Vnde qui primum eundem Chriſtum Ieſum ſummum Eccleſiæ Põtificem ſequuti ſunt, veluti propoſitis ſibi præmijs, prærogatiuisq; conceſsis, vt necdum terræ poſſeſſionem, ſolatium, & ſaturitatem ſe habituros eſſe, ſed etiam filios Dei, ac deniq; cœlorum regni poſſeſſores fore audierint, ad huius vitæ ſemitas capeſſendas ab eodem Domino fuerunt inuitati, ſicq; eiuſdem vitæ curſum alacriter arripientes difficiliora quęq; perpeſſi ad metam gloriæ peruenerunt. Nec diſſimili ſanè ratione ſummi Romani Pontifices, ipſius Chriſti in terris vices gerentes, nos arctiorem huius vitæ calem ingreſſos (qui nobis ipſis parum fidentes ad monaſteriorum clauſtra confugimus, vt ibi ſanctiſſimorum Patrum perfectos mores,

ac ſacroſancta vitæ inſtituta ſequámur) quo tamquam refecti in via nõ deficiamus, & ad huius itineris laborem ſuauius, ſecuriuſq; ferendum, varijs immunitatum cõceſſionibus, & priuilegijs allicere, ac hortari ſemper voluerunt. Quæ profecto non ſolũ ad huius noſtri Ordinis, & Congregationis cõſeruationem, verùm etiam ad eamdem propagandam, regularibuſque obſeruantiæ inſtitutis denuo ſtabiliendam non modicũ iuuamen afferre poſſunt; licèt non omnia ad inſtitutum noſtrum pertineant, & quædam adeo inexplicabilia, confuſaq; inuenirẽtur, præcipuè poſt amplam illam S. D. N. Sixti V. communicationem nobis factam, vt diſtinctione, ac conciliatione maxima ex parte indigerent. Quod cum animaduerterem, quamuis circa vn-

decimam in æterni patrisfamilias vineam eiuſdem miſericordia vocatus in ſortem eorum computandus venerim, nę vitam ſub ſilentio tranſiſſe,& extra clauſtra poſitus quę ſpiritus ſunt in totum oblitus, & veluti ſub obedientiæ iugo fingens inutilis ſeruus viderer, vt meritò oculus nequam murmurare incipiat, nouiſſimum me ad præmij largitatem inter portãtes pondus diei, & æſtus properare velle, pro mea virili, in hoc nonnihil prodeſſe poſſe cogitare mecum cœpi, non quòd humeris meis haud impar intelligerem id aggreſſus ſum, ſed quòd ad me, in hac Curia verſantem, potiſſimum pertinere arbitrarer, cui aliquando ex officio, aliquando ex iniuncta obedientia, & ſuperiorum imperio quędam circa dicta priuilegia dubia in-

ueſti-

ueſtigare contigerat, quæ à doctiſſimo ſimul, ac Reuerendiſſimo tunc Generali, mihi modis innumeris colendo, pro ſua benignitate tamquam vtilia grataque admiſſa fuerunt: priuilegiorumque inueſtigatio, ac eorum intelligentia, ordinatioque mihi facilior, & promptior reliquis eſſe poſſet, & debeat, dignum meo munere iudicaui inter ipſa priuilegia, quæ, ex eadem iniuncta mihi obedientia, in hanc formam ordiri cęperam, tamquam intercepti ab aſſiduis meis occupationibus, temporis fructum congruo loco, quantum fieri potuit, illa, & quædam alia interſerere, ac adnotare, vt iam facile ſit cuique Religioſo Patri priuilegia, quæ tam Ordini noſtro, quàm alijs conceſſa fuêre, quæque nobis vſui eſſe poſſunt, in hoc Compendio

in vnum collecta conſpicere, inge-
nioſoque, ac erudito viro oportu-
num, ſi quæ conuenienter adnotata
fuerint nitidioribus argumentis il-
luſtrare: ſin minus illa pro ſua do-
ctrina corrigere, ac bono animo
emendare. Ego verò oblatrantium
morſus, quòd hæc duo quantula-
cumque ſint, & minutiſsima æra in-
tellectus, affectuſque mei in Domini
gazofilatium mittere contendam,
cùm clypeo charitatis protectꝰ ſim,
& lorica humilitatis, obediẽtięq; in-
dutus, timere non debeo: illa etenim
non irritatur, non agit perperam;
hæc autem inuiſa delectatur, & cre-
ſcit opprobrijs: omnes enim vnius
Domini ſerui ſumus, licèt ego mini-
mus iure reputabor. Hęc igitur qua-
lia qualia cùm tua ſint, Congrega-
tio colendiſsima, tuis auſpicijs in-
coacta,

coacta, & perfecta tibi vtique meritò dedicantur, ſi ſatisfacient, quòd munere, & officio meo functus ſim delectabor; ſin minus adhuc erit laudanda voluntas daturi maiora, ſi potuiſſet. Vale in Domino.

RE-

RELIGIOSO,

ac pio Lectori.

QVæ,præ multitudine magna, confuſioneque,Religioſe Lector,nec legi, nec percipi poterant ſub hoc Compendio,ab eius ethimologiæ vocabulo iure nuncupato, inoffenſo pede, ſecuroque greſſu penetrare iam facile poteris ; theſaurosque reconditos a Summis Pontificibus maioribus noſtris traditos, ac noſtris temporibus auctos, necnon cum alijs Religionibus communicatos, effodere licebit. Sed ne inſuetus in opere vagare incipias, Indicem alphabeticum in fine reperies,paginam tibi demonſtrantem ; vbi materiam,quantum Congregationi noſtræ, inſtitutoque conuenire arbitratus ſum, ex vaſtiſſimo priuilegiorum pelago digeſſi, quæque adnotatione digna

cenſui adnotaui; ita fideliter, vt centones priuilegiorum diuerſorum meritò reputatos conglomeratos in vnum conſtituerim: non quod omnia, nec quæ omnibus Religionibus à Pontificibus Max. conceſſa fuere, typis excudi propoſuerim; ſed ea tantum, quæ huic inſtituto, conſolationique Monachorum, ac animarum eorum ſaluti opportuna, vtilioraque fore proſpexi; licet quædam per obliuionem pretermiſſa, ante ipſum indicẽ poſuerim, quæ ſub nomine cõmunicatio, & indulgentia locanda erant. Vbi verò priuilegia huic noſtræ Congregationi in ſpecie conceſſa reperi, ea primo loco ſub Pontificis nomine, & ordine libri priuilegiorum, & numeris conſtitui. Deinde quæ generaliter toti Ordini Ciſtercienſi. Demum, quæ cęteris ſingulis Ordinibus ſub eiſdem, & Pontificibus, & libris, & numeris, & §§. pro vt quiſque vſus eſt, adnotaui; ita diſtinctè, vt quæ cuique mate-

ria

riæ adaptabilia cenſui appoſuerim. Vbi autem me dubitare contigit ſub breuitate iuxta communem Doctorum doctrinam adnotatum reperies, non quòd ſufficere hoc exiſtimarem, ſed vt religioſo, ac docto viro occaſionem altius tendendi præberem, & vt tam meus, quàm illorum labor in Congregationis noſtræ decus, & vtilitatem, ac præcipue in Dei Opt. Max. gloriam, & honorem (prout ex animo cupio) dirigatur. Vale interim, & bono, ſi quod erit, fruere.

RE-

REVERENDO AD MODVM PATRI F. BERNARDO GVTERREZ A NAIERA PROCVRATORI

In Romana Curia Generali Ordinis S.Bernardi Hiſpaniæ

Licentiatus Melchior Lopez de Souſa Canonicus Viſenſis Luſitanus.

QVis tenebras poſsit radijs opponere Solis,
Cum clara æthereo lucet in axe die?
Quis nitidam obſcuris latebris occludere flammam,
Aut Aquilæ retro ferrè volantis iter?
Oppoſita igniuomus depellit nubila Phæb⁹,
Alta petensq; nequit flãma latere diu.

Euolat, & Zephyros ſuperat Iouis incly-
tus ales,
Quin oculis Solem prouocat ille ſuis.
Dum Bernarde ſiles tua nomina, clarior
inde
Surgit honos, titulus clarior auget opus.
Nam tua quæ renuit memorare modeſtia,
fama
Concinit, & ſonitum non tenet illa ſuũ.
Nec fruſtra ingentis tractare negotia molis
Es Romã Hiſpano miſſus ab uſq; ſolo.
Tu ceu ſlamma nitens, & Phœbus lumina
fundis,
Vtque Aquila ingenio culmina ad alta
volas.
Sanctorumque indulta patrum miro ordi-
ne ponens,
Reddis aperta ſuis abdita quæq; locis.
Ergo tuum edideris quanuis ſine nomine
librum,
Quod uirtute negas tu dare, fama dabit.

COMPENDIVM GRATIARVM, ET PRIVILEGIORVM

Congregationis Regularis obſeruantiæ S. Bernardi Hiſpaniæ, ordinis Ciſtercienſis.

ABBAS.

§.1.

ABbates huius noſtræ Congregationis Regularis obſeruantiæ S. Bernardi in Regnis Hiſpaniarum triennales ſunt, & per triẽnium duntaxat Monaſterijs ſecundum regularia ipſius ſtatuta,& definitiones præficiuntur.Eugen. iiij. priuil.6. nu.14.

§.2.

Irritumq;, & inane auctoritate Apoſtolica, & perpetuo edicto idem Eugenius ordinauit quidquid à quocunque dictæ Congregationis Religioſo directe, vel indirecte, ac etiam occultè ab ead. S. Sede, vel generalibus ſynodis, & concilijs ſub quacunq; verborum expreſſione contra dicta ſtatuta, & definitiones impetratum fuerit. Eoq; etiam motu proprio con-

ceſſo, & emanato vtentes excommunicationis ſententiam, necnon inhabilitatis perpetuę ad quodcunque beneficium Eccleſiaſticum, ac regulare officium, [a] vocemq;, [b]in quibuſuis actibus capitularibus habendã eo ipſo pœnam incurrunt.

a Regulare officium.] *Quæ hoc nomine comprehendantur explicat gloſſa exemplificãdo in clemen. 1. de regularib.*

b Vocemq;] *Actiuè, & paſſiuè, vt ſatis colligitur ex gloſſ. verb. inibi, d. clem. 1. de regularib. & quoad ea, quæ ſunt ipſi honori, vt ſatis exprimunt Card. & Bonifacius ibi.*

§.3.

A quibus quidem per alium, quàm per Capitulum generale eiuſdem Cõgregationis, cõdigna tamen ſuper hoc ſatisfactione preuia, [c] præterquam in mortis articulo, conſtituti, abſolui nõ poſſunt. idem Eugen. iiij. priuil. 11. num. 6.

c Satisfactione præuia] *Videtur hic poni pro tertia parte Sacramenti pænitentię, quæ dicitur ceſſatio à peccato, iuxta communẽ in 4. ſent diſtin. 15. & probatur per cap. ſæpe. de reſtitut. ſpolia. quęq; requiritur, etiã poſt damni illati reſtitutionem, vt poſt alios tradit Nauarrus in Manua. Confeſſ. cap. 3. in princ.*

Et

§.4.

Et licèt munus benedictionis eisdẽ Abbatibus non impendatur;omnibus tamen, & ſingulis honoribus, præeminentijs, priuilegijs,prerogatiuis,iuribus, & inſignijs Abbatialibus benedictis competẽtibus fungi poſſunt, vt ab eodem Eugen. iiij. priuil. 6. num. 14. & Iulio ij. priuil. 19. num. 7. & Cõgrega. Montis Oliuet. priuil. 31. fol. 76. & S.Iuſtinæ, ſeu Montis Caſſini Euge. iiij. in eod. lib. Montis Oliuet. priuil. 50. fol. 190. & priuil. 51. fol. 205. & Leo. x. Congregat. Camand. num. 34.

§.5.

Atque ita eisdem conceſſum eſt, vt minores ordines, prout de iure, & in forma Cõcilij Triden. ſuis ſubditis libere cõferre valeãt, de quo infra verb. benedicere, & verb. ordines. dicetur.

§.6.

Et quamuis, pro vt dictum eſt, Monaſterijs, huius Cõgregationis triennales deputẽtur Abbates, nec in aliud triennium immediate eisdẽ præponi poſſint: pro Monaſterio tamẽ B. Mariæ de Laureto in Ciuitate Salmantina erecto, necnõ S. Bernardi Complutẽſi Toletanę diœc. Capitulo generali; vel ſi vacare contigerit extra illud, Generali Reformatori cũ ordinis cõſiliarijs commiſſum eſt Abbates ita eligere, vt ſi oportuerit in aliud triennium immediate

ſequens reelegi poſſint, qui nulla alia confirmatione ſequuta adminiſtrationis munus exequuntur.Greg.xiij. Idib.Februarij apud S. Petrum Pontifi. anno vlt. & Sixtus V. 9. Kalen. Nouemb. 1587. anno 3. & Clemen. 4. quoad adminiſtrationem Minorib.eorum Compend. hoc verb.§.4.& ſecundum huius Congregationis definitiones.

§.7.

Porrò, qui ſecundum regularia ordinis ſtatuta, & definitiones de aliquo exceſſu fama publica reſperſi, aut publicè conuicti,& commoniti ſuæ prælationi ſponte cedere noluerint ad ſedem Apoſtolicam appellandi facultatem non habent, nec per aliquas perſonas ſe defendere licet. Alexand. iiij. priuil.6. Ciſtercien. in quo definitiones ordinis obſeruare oportet. Eorum tamen priuatio, & depoſitio ad Capitulum generale, ſeu intermedium conſilianorum, nec ad ullum alium pertinet. Eugen. iiij. priuil. 8. nu. 9. & 10.

§.8.

Nulli ergo Epiſcoporum, & quarumcumque aliarum perſonarum ſuper inſtituendis, vel deſtituendis Abbatibus Monaſteriorum huius Congregationis ſe intromittere licet, prout auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibetur: aliàs irritum, & inane quidquid attentatum fuerit, ſententiaſque ſuper hoc propria teme-

temeritate latas nullius roboris fore declarauit Gregor. IX. priuil.15.nu. 3. Ciſtercien. & Celleſti. V. ſuæ Congregat. nu. 32.

§.9.

Quod ſi ipſi Abbates protectioni Monaſteriorum ſuorum, vel commendæ conſenſerint, ſeu illam approbare, & ratificare præſumpſerint, etiamſi aliàs nullæ ſint, regimine eorum eo ipſo priuantur. Eug. iiij. priuil.8.nu.24. De poteſtate autem, & facultate Abbatum huius Congregationis vide infra verb. abſolutio. benedicere. Caſuum reſeruatio. Communicatio priuilegiorum. Corporalia. Correctio Monachorum. Diſpenſatio. Infirmi. officium diuinum, ordines. ſcrupuli. Vota.

ABBATISSA.

§.1.

Abbatiſſæ Monaſteriorum Monialium huic Congregationi ſubiectæ etiam triennales ſunt, & per triennium a ſuperioribus earum Monialibus eiuſdem Monaſterij, ſeu alterius eiuſdem ordinis in forma Concilij Tridentini (ſi hoc expedire videbitur) ſecundum ordinis ſtatuta eligendæ proponuntur, & ab ipſis Monialibus eliguntur, ab eiſdemque ſuperioribus confirmantur, vt ex eodem Concilio cap. 7. de regularibus ſeſſ. 25. Eugen. iiij. & Nicol. v. Compend. Minorum, hoc verb. §. 4. & 5.

§.2.

Quæ etiam dũ ſua Monaſteria à Reformatore generali, ſeu ſuperiore ſuo immediato actu viſitantur, muneris,& officij ſui abſolutionem, necdum verbo, ſed etiam facto, & cum effectu petere tenentur: ita quòd, ſi eidem ſuperiori videbitur, ac neceſſitas, & Monaſterij reformatio exegerit, admittere illam,& acceptare cum effectu debeat: & libera eidẽ facultas remaneat ad electionem alterius Abbatiſſę procedendi, Monialeſq; ſub cenſuris,& pœnis ad id compellendi, ac ipſam Monialem, quæ Abbatiſſæ officium geſſerit, iuxta exceſſus exigentiam corrigendi,& caſtigandi. Leo x. Compend. Mino. hoc verb. §. 8.

§.3.

Quod ſi commendæ, ſeu protectioni ſuorũ Monaſteriorum conſenſerint, eiſdem ſubijciũtur pœnis, quibus Abbates ſupra verb. Abbas. §. 9. ſubijci dictum eſt.

ABSOLVTIO

Quo ad Monachos.

§.1.

Generalis Reformator huius noſtræ Cõgregationis Regularis obſeruantiæ auctoritate Apoſtolica, quoſcunq; Abbates, Monachos, Nouitios, [a] Donat s, oblatos,[b] & Commiſſos ſemel duntaxat ab omnibus, etiam qualitercũq; enormibus [c] peccatis, ãte, vel poſt ingreſsũ Religionis commiſſis, vel committendis, abſoluit.

Nec-

Necnon à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti cenſuris, alijſque ſententijs, & pęnis [d] à iure, vel ab homine, Apoſtolica, vel ſedis Apoſtolicæ legatorũ, delegatorum, vel ſubdelegatorũ, ordinaria, vel quauis alia auctoritate, prouincialis, vel ſynodalis cõſtitutionis, & regularium dicti ordinis inſtitutorum in genere, vel in ſpecie promulgatis, vel promulgandis.

Atque etiam à quibuſcumque irregularitatibus, & inhabilitatibus, [e] etiam ante ingreſſum, vel poſt, ex quauis cauſa contractis, vel contrahendis; etiamſi talia forent [f] propter quæ ad ſedem Apoſtolicam, vel quemcunque alium ſpecialis habendus eſſet acceſſus, iniuncta pro modo culpæ pænitentia ſalutari in forma Eccleſiæ conſueta, [g] & alijs pro vt de iure [h] iniungendis, quemlibet eorum abſoluere, ac de quibus contriſti, & confeſſi [i] fuerint plenariam remiſſionem auctoritate Apoſtolica concedere.

Necnon cum eiſdem in quocunque caſu neceſſitatis, & indigẽtiæ ſuper irregularitatibus, & inhabilitatibus, non ſolũ ſi qua cenſura huiuſmodi ligati miſſas, & alia diuina officia (nõ tamen in contemptum clauium) celebrando, ſeu illis ſe immiſcendo, verùm etiam ex quauis cauſa contraxerint, homicidij voluntarij & mutilationis membri, & bigamiæ caſibus exceptis, ad omnes ſacros ordines promouendi,

& in eis miniſtrandi, abolendo omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notã contractam, ſemel itidem eadem auctoritate diſpenſare poteſt. Engen. iiij. priuil. 5. & 9. & Celeſt.v. Congregat.Celeſtino.nu.58.& idem Eugen. Congregat. S. Benedicti Hiſpa. vt illius Compend. nu. 7. & 24. cum profeſſis, vel qui iam in actu profeſſionis exiſtunt, & nu.25. cum reincidentia, ſi non emiſerint profeſſionẽ.

a Nouitios] *Licet profeſſio regularis cum debita contritione remiſſionem peccatorum, indulgentiamq; plenariam operetur, vt ait* S. *Tho.* 2. 2. *q.* 189. *art.* 3. *ad* 3. *non tamen omnem inhabilitatem tollit ad effectum promouendi ad ſacros ordines cap.* 1. *de filijs presbyt. ſed tantum quæ citra culpam, & actum profitentis contracta eſt, vt eleganter reſoluit Couarruuias in clem. ſi furioſus.* §. 2. *nu.* 6. *de homicid. per gloſſam, & ibi Abbas, & Anania in cap.* 2. *de apoſta. pro quo faciũt gloſ. in princ. auth. de monachis. coll.* 1. *& quæ ſcribit Nauarr. in cõment.* 2. *de regularib. nu.* 60. *Verum cum abſolutio à peccatis non debeat eſſe conditionalis, puta, ſi profeſſionem emiſeris S. Anton.* 3. *part. tit.* 24. *cap.* 77. §. 1. *quem ſequitur Nauarr. in princip. cap.* 1. *nu.* 62. *de pæniten. diſt.* 6. *& in Manua. cap.* 26. *nu.* 12. *& in Miſcell.* 93. *de oratio. quia ſic abſoluens peccaret mortaliter, clauſula poſita in fine huius* §. *cũ reincidentia &c. non debet intelligi de abſolutione à peccatis facta nouitijs in ipſo actu profeſſionis:*

feſſionis: quia per illam indulgentiam plenariam, & remiſſionem peccatorum conſequuntur; ſed tantum de abſolutione, & diſpenſatione à cenſuris, irregularitatibus, & inhabilitatibus, a quibus profeſſio regularis non emundat.

b Donatos & oblatos] *Qui ſint, vt huiuſmodi gratia gaudere poſsint vide verb. conuerſus.*

c Qualitercunq; enormibus] *Quamuis preſbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, vt ait Sacrum Tridentinum Concilium cap. 15. de refor. ſeſſio. 23. illam tamen exercere non poſſunt, vt ibidem ſubiungitur, niſi in ſubditos, vel ad id aliàs idonei iudicentur. Quo fit, vt tantò maiorem poteſtatem abſoluendi quis habere poſſit, quantò à maiori ad id ſpecialiter, & expreſſe deputatus erit. Cum igitur hic ſummus Pontifex faciat facultatem abſoluendi à qualitercunq; enormibus, nulli dubium eſſe debet eam extendi ad maiura, & ei quomodolibet reſeruata: quia verbum vniuerſale ampliat diſpoſitionem, iuxta gloſſam recept. in clem. 1. verbo quauis. de re iudica. quæ probat verbum alius, quod regularitèr ſolum ſimilia comprehendit, iuxta gloß. cap. ſedes. de reſcript. adiuncto ſigno vniuerſali quiuis, comprehendere etiã maiora expreſſis. in quod quãuis habeat alias ſimiles cõmendat eam pro ſingul. Panor. in conſ. vlt. 1. par. nu. 5. & Barbat. in cap. tertio loco de probat.*

d Cenſuris & pœnis] *Sub hac generali clauſula bullis, etiam Cruciatæ, et iubilæorum apponi ſolita nõ includitur diſpenſandi facultas ab irregularitate;*

tate: quia irregularitas nõ eſt cenſura, cap. quęrenti. de verb. ſignifi. & adnota. Nauarr. in Manua. cap. 27. nu. 254. Nec etiam nomine pęnę continetur: quia pęnę nomine illa tantum veniunt, quę à Confeſſore, vel à canone pænitentiali imponuntur, vel etiam, quę ab ipſo pænitente ſponte aliquo bono fine ſubeuntur, ſi intra certum tempus illa, aut illa Sacramenta ſuſceperit, quęque Sacramentorum frequentiam, & ſuſceptionem aliquot dies ſuſpendunt, Nauarri d. cap. 27. nu. 191. 194. 254. Igitur ſubiectis verbis ſolum de cenſuris, & pœnis illis loqui videtur, quæ abſolutiones à peccatis, vel Sacramentorum ſuſceptionem impedirent, quod non facit irregularitas: quia illa ſubſiſtente abſolutio à peccatis, ac etiam ab eo, quod irregularitati cauſam dedit legitime impendi poteſt, iuxta doctrinam Card. in clem. dudum. §. ac deinde. quæſt 8. de ſepultu.

e Irregularitatibus, ac inhabilitatibus] *Cum nullibi dici poſsit ſub abſolutione irregularitatũ diſpenſationem ſuper eisdem comprehendi, ex dictis in notab. prçcedenti hęc clauſula intelligi videtur de abſolutione à peccato irregularitatem producente, quod ad exercitium ordinum, & officij pænitentem inhabilem reddit, vt per Nauarr. in Manua. cap. 25. num. 76. qualis eſt concubinatus notorius, & fornicatio, vel alia ſimilia, quibus illaqueati ſunt ipſo iure ſuſpenſi, cap. præter. 31. diſtin. ſaltem, donec pęniteant, cap. ſi qui ſunt. 81. diſtin. & irregulares celebrando fiunt, cap. 1. de ſentent. & re*

iudic.

iudic. libro.6.

f Etiamſi talia forent] *Clauſula iſta priuilegijs religionum apponi ſolita à Sixto iiij. limitata fuit, quoad hęreticos relapſos, ſchiſmaticos, litterarum Apoſtolicarum falſificantes, & ad infideles prohibita deferentes; ita quòd in reliquis omnibus poſsint inibi nominati abſoluere, & diſpenſare, vt Monum Minorum fol. 143. conceſſ. 345. vnde infert Collectarius Compendij Minorum verb. abſolutio ordina. §. 9. quem ſequitur Collectarius Compendij Societatis Ieſu eodem verb. §. 6. quod cum hęc exceptio ſit de contentis in proceſſu Bullæ Cœnæ Domini, priuilegium hoc non ſolum loquitur de caſibus ſedi Apoſtolicæ alibi reſeruatis, verùm etiam de contentis in præfata Bulla; & meritò: quia exceptio debet eſſe de contentis in regula, gloſſa in l. omnis definitio. ff. de regul. iuris, vbi Decius, & illam regulariter firmat, argum. cap. quoniam. de coniug. leproſo. & l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. inſtruct. nam qui de vno negat, de alio affirmare videtur, cap. nonne. de præſump. & l. cum prętor. ff. de iudic.*

g Pænitentia ſalutari in forma Eccleſiæ conſueta] *Cum ſatisfactio pœnæ cautiores, & vigilantiores in futurum pænitentes efficiat, reliquijſque peccatorum medeatur, & vitioſos habitus male viuendo comparatos contrarijs virtutum actionibus tollat, vt ait Sacroſancta Tridenti. ſynodus ſeſſ. 14. cap. 8. meritò eadem Confeſſarijs iniunxit*

vt pi

vt pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate ſalutares, & conuenientes pœnitentias imponant: licèt enim quanta pro vno quoque peccato nondum per contritionem, & confeſſionem condonato pœnitentia debeatur, grauitatemq; peccati, & vim contritionis, meritumque cuiuslibet operis ſatisfactorij ſolus Deus nouerit: tamen credendum eſt diuinam bonitatem in indiuiſibili quantitate pœnitentiam non repoſuiſſe. Atque ita videmus Eccleſiam Piam matrem prudentis Confeſſarij arbitrio penſatis, penſandis eam reliquiſſe, cap. Deus qui. de pœniten & remiſſio. cap. menſuram de pęniten. diſt. 1. cap. tempora. 26. q. 7. & Doctores in 4. lib. ſenten. diſt. 20. contra gloſſam d. cap. menſuram. & Abba. in d. cap. Deus, qui nu. 4. non enim hic agimus de illis pęnitentijs, quæ in foro exteriori, iuxta canones pœnitentiales ab eccleſiaſtico Iudice peccantibus imponi poſſunt, quorum 47. enumerat Hoſtien. in ſumma de pęnitent. & remiſſ. Quæ autem ſit forma abſoluendi Eccleſiæ conſueta dicitur in adnota. infra verb. nouitius. §. 5.

h Et alijs prout de iure] *Clauſula hæc ponitur ad cautellam, & regulariter ſolum ſatisfactionem parti læſæ faciendam reſpicit, vt ſcilicet pęnitens ſi alicui iniuriam irrogauerit, vel alids nocuerit, teneatur pro viribus illi ſatisfacere, quod iuri naturali, diuino, & humano cautum eſt, argumen. cap. peccatum. & ei adnotat. de regul. iuris lib. 6. cap. ſolet. de ſentent. excommunicat. eod. lib. & cap. ex parte. il 1. de verb. ſignifica. cum ſimilibus, &*

tradit

tradit Nauarr. in princ. cap. 1. nu. 54. de pœniten. diſt. 6. Huc pertinet, quod ait S. Thomas 2.2. q. fin. art. 6. ad 3. & Domin. Sot. de iuſti. & iure. lib. 4. q. 7. art. vlt. de debitore religionem ingredi volente, qui tenetur facere, quod in ſe eſt, vt creditoribus ſatisfaciat, de quo Nauarr. in Commen. 2. de regul. nu. 42. & vide infra verb. nouitius. §. 5. Quod autem dicendum ſit de incertis reſtituendis vide eundem Nauarrum in Manua. cap. 17. nu. 47. & in Comment. de iubil. & indulg. notab. 28. nu. 8.

i Contriti, & confeſſi] *Quamuis non confiteantur iterum tempore indulgentiæ conſequendæ peccata iam confeſſa, nec etiam venialia, ſi alia non peccauerint, eam conſequuntur, vt in terminis loquitur Nauarrus in Commenta. de indulgen. notab. 30. nu. 6. poſt D. Antoninum 1. part. tit. 10. cap. 3. §. 5. & ſentit gloſſa, quæ nona eſt extrauag. 1. de pæniten. & remiſſ. quia præſumendum non eſt, Papã velle obligare pænitẽtem ad peccata ſemel rite confeſſa iterum confitenda; cum id nulla lege humana ſine pænitentis conſenſu ſancire poſſit, iuxta veriorem ſententiam S. Thomæ, & aliorum, quos refert, & ſequitur idẽ Nauarr. in Manua. cap. 9. in princ. Et pœnitens regulariter ab omnibus peccatis, etiam oblitis abſoluitur, vt ait Couarr. in cap. alma mater. §. 11. num. 12. & Nauarr. in d. Manual. cap. 26. nu. 13. vbi notabiliter addit poſt Palud. in 4. diſt. 18. quæſt. 5. col. 10. & alios alibi, quod abſolutus ab omnibus peccatis confeſſis, & oblitis, etiam reſeruatis, cenſuriſq; ab eo, qui poterat abſoluere,*

ſoluere, ſi factus poſtea eorum memor illa confiteatur alij; qui ab illis reſeruatis abſoluere non poſſet, ſatisfacit, & abſolutus remanet. quia vt inquit Palud. per priorem confeſſionem deſierunt eſſe reſeruata, & remanſerunt à quolibet legitimo confeſſario ſolubilia. An autem quemadmodum, qui vult hanc indulgentiam conſequi omnium conſenſu tenetur prius de peccatis conteri, vt per Nauarr. de indulgent. notab. 17. ita teneatur illa prius actu confiteri, partem affirmatiuam reiecta contraria tenuit Ioan. Monach. in gloſſa 8. extrauag. 1. de pœniten. & remiſſio. & Caiet. in tract. de indulgen. cap. 10. quam latiſſime tractat Nauarr. vbi ſupra, vbi quamplurimas huic ſimiles quæſtiones decidit. quod verum eſt, niſi aliud in litteris indulgentiæ caueatur.

k Homicidij voluntarij &c.] *In quacunque generali diſpenſandi conceſſione ſemper hæc tria excepta intelligũtur, niſi expreſſe cõcedantur. quod nota.*

l Infamiæ maculam] *Infamia quid ſit, & infames qui dicantur vide per Bart. in l. 1. C. ex quibus cauſis infam. irrog. cap. omnes. cap. nulli. & cap. infames. 6. quæſt. 1. qui ad officia, & beneficia Eccleſiaſtica, ordineſque ſuſcipiendos inhabiles ſunt, cap. infamibus. de regul. iuris. lib. 6. cap. tantis. Daniel. 81. diſtin. cap. vlt. de teſtib. cap. Deus omnipotens. de accuſationib.*

§. 2.

Hanc eandem facultatem à cenſuris abſoluendi

uendi idem Eugenius iiij. ad omnes caſus præter falſificationis litterarum Apoſtolicarum extendendo Minoribus de obſeruantia indulſit, vt eorum Compend. verb. abſolutio extraord. quoad fratres. §. 1. Atque à quacunque ſimonia, [m] etiam in Curia contracta, ante, vel poſt ingreſſum Religionis ab ipſis deputatis Conuentualibus confeſſoribus abſolui, & ad quaſcunque dignitates, adminiſtrationes, & officia dicti ordinis, etiamſi curam animarum habeant, auctoritate Apoſtolica præfici, & admitti poſſunt. idem Eugen. iiij. eod. Compend. §. 2. & Mart. v. in Marimagno ſeruorum fol. 54. num. 5.

Quæ quidem facultas locum habet, etiamſi poſt emiſſam profeſſionem recoluerint, [n] ſe dũ in ſeculo agerent, talibus cenſuris fuiſſe innodatos, in eisdemque celebraſſe, Clemens iiij. eod. Compend. Minor. verb. abſolutio ordinar. quoad fratres. §. 4. & Celeſtinus v. ſuæ Cõgreg. nu. 58.

m A quacunque ſimonia] *An ſub generali gratia abſoluendi à quibuſcunque veniat ſimoniæ crimẽ vide infra verb. ſimonia.*

n Recoluerint] *Si quis profeſsionis tempore cõfitendo ab omnibus & quibuſcunque peccatis, etiam oblitis, & cenſuram annexam habentibus, abſolutus fuerit, remanente obligatione confitendi oblita, cum recoluerit, poterit à quocunque legitimo Confeſſore abſolui, quod facit ad dicta ſup. verbo cõtriti*

Præ-

§.3.

Præmiſſa omnia abſolutionem, & diſpenſationem concernētia quoties ipſi Generali Reformatori viſum fuerit, quibuſuis alijs (idoneis tamen) committi poſſunt. idem Eugenius iiij. priuil.9.nu.7.

§.4.

Diſpenſandi tamen cum prædictis perſonis ſuper irregularitatibus ex apoſtaſia, Regulæq; & ordinis definitionum tranſgreſſione contractis nō ſolum ſemel, ſed toties quoties vſu venerit eidem Generali Reformatori indulſit Iulius ij. priuil.19.nu.2.

§.5.

Necnon abſoluendi quoſcumq; etiam nouitios, familiares, & ſeruitores Monaſteriorum huius Congregationis à quibuſuis ſuis commiſſis, niſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica meritò eſſet conſulenda, iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari eidem cōceſſit Eugenius iiij. priuil.5. n.3. quod Clemens vj. Congreg. Mōtis Oliueti priuil. 4. extendit ad Abbates, & priuil.6. ad quoſcumque ordinis ſacerdotes, & quoad nouitios in ſeculari habitu incedētes. Et Gregor. ix. Carthuſ. nu.9. & Societati Ieſu illius Compend. verb. abſolutio.§.6. declarans qui ſint caſus, in quibus meritò Sedes Apoſtolica adiri debet. Quæ omnia idem Eugen. iiij. pro Congregat. S. Benedicti Hiſpaniæ extendit etiam quoad conuerſos,

uerſos, oblatos, familiares, ſeruitores, & commenſales, illius Compend. num. 25.

§. 6.

Verùm in caſibus ſedi Apoſtolicę non reſeruatis, & ſuper quibuſuis irregularitatibus, & inhabilitatibus, qualitercunque in prędictis caſibus contractis, vel contrahendis, non ſolùm ipſe Generalis Reformator, ſed etiam Abbates præfatas perſonas abſoluere, & cum eiſdem diſpenſare poſſunt; idem Eugenius iiij. priuil. 9. num. 8. & Congregat. S. Benedicti Hiſpan. illius Compend. num. 24. & Sixt. iiij. Dominica. eorum lib. priuil. fol. 151. lit. C.

§. 7.

Porrò abſoluendi à quibuſcunque peccatis etiam ſedi Apoſtolicę reſeruatis, necnon à quibuſcunque cenſuris, ſententijs, & pœnis Eccleſiaſticis, ex illis reſultātibus, exceptis quę i. bulla Cœnæ Domini continentur, conceſſit Paulus iij. Societati Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 1. Abſoluendi verò auctoritate Apoſtolica à quacunque excommunicatione, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatâ, plenam, & liberam facultatem Abbatibus indulſit Celeſtinus v. Congreg. ſuæ num. 58.

Indultum hoc ſocietatis cum ſit generale, videtur generaliter intelligendum; ita vt etiam ſeculares cōprehendat, argum. cap. ſolitæ. de maiori. & obedi. & l. de prædio. ff. de publici. in rem actio.

B Ele-

§.8.

Electio tamen Confeſſoris [o] cum illa facultate in omnibus prædictis caſibus, eiuſdemq; mutatio ſoli Generali Reformatori pro ſe, & alijs competit: Abbatibus verò, de licẽtia eiuſdem Generalis, idẽ Eugen. iiij. priuil. 9. nu. 10.

o Electio Confeſſoris] *Non quòd iurisdictionem abſoluendi conferat, vt aliàs de Epiſcopo dixit Domini. Sot. in 4. diſt. 18. q. 4. art. 2. quia illam vnuſquiſque Sacerdos, cùm ordine inſignitur à Deo, ſaltem habitu in omnes, qui ſe illi legitime ſubijci voluerint, recipit, vt etiam ipſe Sotus fatetur, vbi ſupra diſt. 20. q. 1. art. 3. ex mente gloſſæ cap. ſane. de offic. delega. & Palud. in 4. diſt. 17. q. 3. col. 3. ſed virtute huius indulti poteſt ſe ſubijcere cuiuis Sacerdoti, miniſtrando ei materiam ad exercendum actu ſuã iuriſdictionem habitualem, vt ait Nauarr. in cap. placuit. num. 19. & ſeq. de pœnitent. diſt. 6.*

§.9.

Poſſunt etiã dicti Monachi, nouitij cõuerſi, familiares, & vniuerſi ſeruitores Monaſteriorũ, huius Cõgregationis ab ipſo Generali, Abbatibus, & alijs, ex eorũ cõmiſſione quoties opus fuerit, ab omnibus, & ſingulis caſibus Epiſcopalibus de iure, vel conſuetudine Epiſcopis reſeruatis, & à quibus, ſi aliàs exempti non eſſent, ab ipſis Epiſcopis abſoluendi forẽt, abſolui, & diſpen-

diſpenſari. Mart. v. viuæ vocis oraculo, de quo priuil. 2. & Leo x. Congregatio. Camand. num. 62. & Congreg. Montisoliueti, priuil. 30. 31. & ex S. Iuſtinæ priuil. 50. & 52. fol. 201. & Innocen. iiij. Dominican. lib. priuil. fol. 21. lit. D, & fol. 48. lit. E.

Dubium non eſt poſſe Papam facultatem abſoluẽdi, & diſpẽſandi, etiam in caſibus Epiſcopis reſeruatis, vnicuique Sacerdoti delegare; cum habeat ſuper omnes Chriſtianos, quoad omnia ſpiritualia iurisdictionem vniuerſalem eidem à Deo immediatè traditam, extrauag. vnam ſanctam. de maiori. & obedi. cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. & cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. nec enim tollere ius, & auctoritatem Epiſcopis, tunc dicetur, ſed ex iuſta cauſa limitare, vt optimè notat Nauarr. confutando cuiuſdam contrariam opinionem in Manua. cap. 27. num. 263. & ideo ſub generali facultate abſoluẽdi, & diſpenſandi alicui à Papa, vt in ſupradictis priuil. cõceſſa, caſus etiam Epiſcopales includi aſſerendum videtur, in quod facit, quod notat Pan. in cap. ſanè, ſi Epiſcopi. de exceſſib. prælato. illud tamen admonendum cenſui, ex eodẽ Nauarro vbi ſupra nu. 261. quòd Epiſcopus concedendo caſus ſibi reſeruatos, nõ videtur concedere facultatem abſoluendi à cẽſuris ſibi reſeruatis, arg. l. Papinianus. ff. de minorib. quia ſæpe cõtingit cenſuram aliquam eidem reſeruatam eſſe, non autem peccatum, ob quod illa datur, vt plenius per ipſum videri poteſt.

§. 10.

Quin etiam Sixtus iiij. Minoribus de obſeruantia poteſtatem conceſſit abſoluendi toties, quoties contigerit, ab omnibus caſibus, cenſuris, & quibuſcunque irregularitatibus à iure, vel ab homine Epiſcopis reſeruatis, iniunctâ ſalutari pænitentia, necnon ſuper votis diſpenſandi, eaque commutandi, & relaxandi, vt eorum Compend. verb. abſolutio, quoad ſeculares. §. 19.

§. 11.

Gregorius verò xiij. huius noſtræ Congregationis Generali, Abbatibuſque Monaſteriorum indulſit, vt poſſint ſuper quacunque irregularitate, & ſuſpenſione, ex delicto occulto contractis, (homicidio voluntario, & caſibus hæreſis exceptis) ex forma Concilij Tridenti. ſeſſ. 24. de refor. cap. 6. Epiſcopis conceſſis cũ Monachis, & ſubditis diſpenſare, Romæ 13. idus Ianuarij, 1574. Pontif. anno 3. Quod ipsũ conceſſum fuerat à Pio v. Societati Ieſu, & ampliatum, quoad omnes alios caſus eiſdem Epiſcopis aliàs quomodocunque reſeruatos, vt illius Compend. verb. prælat. 1. §. 3.

Notandum ex Nauarro in Manuá. cap. 27. num. 294. ꝙ per hoc priuilegium tantum datur poteſtas diſpẽſandi in foro cõſcientiæ ſuper irregularitate ex delicto, & ex ꝓpria culpa, nõ aũt aliũde proueniẽte: atq; ita contrariũ eius, quod regularis ꝓfeſſio operatur

ratur, de qua ſupra eod. §. 1. notab. 1. occultum autem, quod ad hoc priuilegium attinet, vno, ex duobus modis dicitur, ſcilicet, quod ſuapte natura eſt probabile; ſed quia nullo vidente factum eſt, probari non poteſt: & quod probari quidẽ poteſt, ſed adeo à paucis viſum, vel ſcitum eſt, quòd nulla inde fama orta fuit, Nauarrus vbi ſupra num. 255.

§. 12.

Præterea Monachi, & Religioſę perſonę huius Congregationis à ſuis Abbatibus, illiſque abſentibus ab alijs, quibus hoc ab illis cõmiſſum fuerit, ab excommunicatione, quam inijciendo manus violẽtas in inuicem incurrerint, abſoluuntur, Gregor. ix. priuil. 17. & Alexand. iiij. priuil. 27. Ciſterci. Nouitij autem tempore conuerſionis, vel ſi poſtea confeſſi fuerint, propter incendium, vel manus in clericum, vel aliã religioſam perſonam iniectionẽ, vel quòd excommunicatis communicauerint, ab eiſdem abſoluuntur, Alex. iij. priuil. 5. Ciſterci. & Benedict. xiij. Congregat. S. Benedicti Hiſpa. dũmodo mors, aut mutilatio, ſeu enormis debilitatio ſequuta non fuerit. Diſpenſatio quoque cum eiſdẽ ſuper irregularitatibus propter hęc, & ſimilia contractis, (modò non in contemptum clauium eas contraxerint) eiſdem Abbatibus competit, qui per Confeſſorem, quem ad hoc elegerint eandem pro ſe ipſis cõſequi poſſunt, vt illius Compend. num. 3.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vbi dicitur huius Pontificis indulta fuiſſe per Cõcilium validata. Ad quod facit materia textus cap. cum illorum. de ſentẽt. excommunic. licèt omnia iſta ſolidẽtur ꝑ priuilegia Ordinis, vt ſup. §. 1. videri põt.

§. 13.

Enim vero Confeſſor idoneus huius noſtræ Congregationis, & Ordinis, quibuſuis vtriuſq; ſexus perſonis, nouitijs, militibus, cõuerſis, donatis, familiaribus, continuis commenſalibus, œconomis, & procuratoribus eiusdẽ ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, & pœnis à iure, vel ab homine latis, quibus quomodolibet ligati fuerint, necnon ab omnibus peccatis quantumcunque enormibus, etiãſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò eſſet conſulenda, ſemel in mortis articulo [p] debita pænitentia, [q] ac ſatisfactione [r] per ſe, vel alios iniuncta, abſolutionis beneficium impendere, & ſi corde contriti, & ore confeſſi [f] fuerint, plenariam indulgentiam, ac ſanctiſſimum Iubilæum [t] Romam eodem anno eũtibus conceſſum auctoritate Apoſtolica concedere poteſt: [u] & licèt mors inde non ſequatur, [x] nihilominus abſoluti remaneant, plenariaq; remiſſio, & Iubilæum præfatum in vero mortis articulo iterũ impendi poſſit (dum tamen ex confidentia remiſſionis, & indulgentiæ huiuſmodi procliuiores ad peccandũ nõ reddantur, quibus aliàs nõ ſuffragatur. Sixt. iiij. Ciſtercien. priuil. 95. Eug. iiij.

iiij.priuil.9.nu.1.in Cōgreg.noſtra,& regulari obſeruantia perſiſtentibus, Leo x. Congregat. Camand.nu.77.&78.Vrban.vj.Congreg.Mōtisoliuet.priuil.7.fol.13. Gregor.ix.priuil. 10. fol. 18.Bonifac.ix. priuil.19.fol. 37. Iulius ij. priuil.31.fol.92.& idem Eugen.iiij.priuil.50. fol.186.& Cōgregat. S.Iuſtinę ibid.& Cōgreg. S.Benedicti Hiſpa. ĩdulgētiã de peccatis cōfeſſis,& oblitis expreſſit, vt illius Cōpend.nu. 25.

p Semel in mortis articulo] *Non mirum ſi tanta abſoluēdi facultas tunc concedatur, cum aliàs poſſit quilibet à quocunque Catholico Sacerdote, à quibuſuis, etiã reſeruatis, & cenſuris eis annexis in mortis articulo abſolui arg. cap. quod de his. de ſenten. ex comm. & cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. prout etiã tenuit Palud. in 4. diſt. 17. q. 3. col. 2. & nouiſſimè expreſſit Conciliũ Trident. cap. 7. ſeſſ. 14. de caſuum reſeruat. quod optime tractat Nauarr. in Manua. cap. 26. nu. 26. Articulus verò mortis non ſolũ dicitur ille, in quo quis moritur, ſed etiã omnis, ĩ quo mori probabiliter timetur, vt poſt S. Anton. & alios à ſe relatos ait idem Nauarrus in miſcella. 18. de Pſalte. & Roſario B. Virginis Mariæ.*

q Debita pænitentia] *Quę, & qualis eſſe debeat dictum eſt ſupra eodem* §. 1. *lite. g*

r Satisfactione] *Impropriè pro reſtitutione, quę ſecundum omnes in 4. diſtin. 15. & toto titu. de reſtitutio. ſpoliat. eſt reditio rei acceptæ, vel damni illati compenſatio. Quomodo autem intelligi debeant iura, quæ in mortis articulo ante abſolutionem ſatis-*

ſactionem requirunt conſule Nauarrum in Manua. cap. 27. num. 47. item, & quid dicendum ſit de debitore, qui religionem ingreſſus, & profeſſus eſt, vide late per eũdem in Commen. 2. de regularib. n. 42.

f De quibus corde contriti, & ore confeſſi] *Vide dicta ſupra eod. §. 1. notab. lit 1. vbi de hoc late.*

t Plenariam indulgentiam, & Sanctiſſimum Iubilęum] *Idem eſſe ait Nauarrus in Comment. de indulgent. notab. 6. in princ. ex Cardi. Turrecrem. in §. in Leuitico. num. 93. quod ipſum dicit. notab. 8. de remiſsione peccati, & indulgentia peccati; vnde notab. 9. num. 15. ait Plenariam iſtam indulgẽtiam ad inſtar Iubilæi pleniſſimam eſſe, quæ omnia peccata, ſiue confeſſa, ſiue oblita mortalia, & venialia amplectitur. quod etiam tenet Tabienſis verb. indulgentia. §. 27. ſed ex repetitione verbi excitantur affectus ad indulgentias capeſſendas, iuxta illud Dauidis Pſal. 21. Deus Deus meus reſpice in me, & alia ſimilia.*

u Concedere valeat] *Cum nemo Sacramentaliter abſoluere poſſit eum, qui ſibi confeſſus non eſt, cõſequitur niſi actu, etiam in mortis articulo cõfiteatur hanc illi indulgentiam impendi non poſſe: quia forma mandati ſeruanda eſt, cap. Piſanis. de reſtitu. ſpoliato. ſecus vero dicendum eſt, cum ſimpliciter pænitenti, & confeſſo, indulgentia conceditur: quia tunc etiam impeditus de ſuis peccatis contritus eam conſequi poteſt, iuxta S. Antoninum 2. part. tit. 10. cap. 3. §. 5. col. 3. & Angelum in ſumma verbo indulgentia. §. 17.*

Mors

x Mors inde non ſequatur] *Iuxta eundem S. Antoni. vbi ſupra, ni ſi hæc clauſula adderetur, gratia, etiam in abſolutione præſumptæ mortis expiraret, cum ex Confeſſarij miniſterio dependeat; ſecus in indulgentia, & gratia ſimpliciter à Papa conceſſa, quæ adueniente veræ mortis articulo, ſine vllius, miniſterio ipſo iure acquiritur, de quo late Nauarr. in Miſcella. 18. de Pſalt. & Roſar. B. Mariæ Virginis. & Comment. de indulgen. not. 30. num. 5.*

§. 14.

Itaque quicũque harum conceſſionum gratiam in vita, vel in articulo mortis conſequi delegerint per vnum annum à die notitiæ ſingulis ſextis ferijs, impedimento ceſſante legitimo, ieiunare, necnon ſeptem Pſalmos pænitentiales cum Litania recitare tenentur. Quod ſi ſufficientis litteraturę aliàs non fuerint, iuxta Cõfeſſorum ſuorum diſcretionem alijs pietatis operibus ſe exercendo, impedimento eodem ceſſante, vel alia die hebdomadarũ eiuſdem anni ſupplere teneantur. Eugen. iiij. priuil. 5. & 9. & ex priuil. Camand. Montisoliue. & S. Bernardi Hiſpa. citat. §. 1. & 12.

§. 15.

Prætetea Generalis Reformator, & quibus ipſe commiſerit, abſoluunt quorumcunq; Monaſteriorum huius noſtræ Cõgregationis Monachos in omnibus caſibus ſummo Pænitẽtiario reſeruatis. Bonifac. viij. Congregatio. Mõtisoliuet. priuil. 17.

Et

§. 16.

Et Nicolaus nuncius Apoſtolicus cum poteſtate de latere ad Hiſpaniam à Sixto iiij.cōceſſit Congregationi S.Benedicti, vt illius Monachi de licētia ſuperiorū poſſint eligere ſibi Cōfeſſarium,qui ſemel in vita, & iterum in mortis articulo ab omnibus excōmunicationibus, peccatis,& criminibus,etiam ſedi Apoſtolicę reſeruatis dictis ſemel Pſalmis pænitentialibus, vel ſexagies Paternoſter,& Auemaria.pro pace, ac Eccleſię tranquillitate eos abſoluat. Vallisoleti Pōtif. Sixti iiij. anno 5.1473. vt illius Compend. num. 65.

An licentia eligendi Confeſſorē morte concedentis,an etiā primo actu moriatur, tractat ī ſpecie Nauarrus in cap.placuit. nu. 161.de pænit.diſt.6. vbi reſoluit pro negatiua.quod extendi poteſt ad licentiā, & facultatem datam ab Epiſcopo in ſua diœceſi alicui, vt poſſit abſoluere à caſibus eidem Epiſcopo reſeruatis, pro vt infra verb.abſolutio, quo ad ſeculares. §. 6. dicetur.

§. 17.

Quòd ſi contigerit Monachos, & alias regulares perſonas prædictas cēſuras, etiam ſedi Apoſtolicæ in Bulla Cœnæ Domini reſeruatas, vel earum aliquam ignoranter,vel inaduertenter incurrere,Prelati, & Confeſſores,ab eiſdem deputati eos abſoluere poſſunt,& ſuper irregu-

lari-

laritatibus, in eiſdem celebrando, prædicando, vel diuinis ſe immiſcendo contractis, quoties opus fuerit auctoritate Apoſtolica diſpenſare, Eugen. iiij. Minorib. vt eorum Compend. verbo abſolutio extraordina. §. 2.

Ignorantia iuſta à peccato excuſat, cap. 2. de conſtitutio. & cap. 2. eod. tit. lib. 6. S. Thomas 1. 2. q. 6. art. 1. excommunicatio autem non incurritur abſque peccato mortali, cap. nullus. & cap. nemo. 11. q. 3. ergo ſequitur excommunicationem ignoranter non incurri. quin licèt ignorantia communiter non excuſet quoad diſpoſitionem legis naturalis, vel diuinę, quatenus talis eſt; excuſat tamen, quoad pœnam, vt eſt excommunicatio, humanitus ſtatutam ſecundū Antonium in cap. à nobis 1. de ſenten. excom. quem refert, & ſequitur Nauarr. in Manua. cap. 27. num. 16. & 274. Quare priuilegium ad ſedandas conſciētias forte obtineri potuit, quia & tantum in illo foro ſuffragatur.

§. 18.

Poſſunt etiam Generalis, & Monaſteriorum Abbates abſoluere ſubiectos Monachos, qui exiſtentes in ſeculo, ob delationem lignaminum, ferramentorum, vel aliorum prohibitorum, ad partes infidelium excommunicationem incurriſſent, Alexand. vj. vt Compend. Minorū verb. abſolutio ordinaria quoad fratres. §. 15.

Nec-

§.19.

Necnon ab excommunicatione propter cõmunionem cum excommunicatis denunciatis incurſas. Alexand. iiij. vt eod. Compend. Minorum vbi ſupra §. 2.

§.20.

Cœterum Generalis Reformator, Abbates, ac Monachi abſoluuntur à quacunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti cenſura, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ad effectum duntaxat horum priuilegiorum, & gratiarum indultum conſequendum. Sixtus v. priuil. confirmationis, extenſionis, ſeu communicationis priuilegiorum, Romæ ſub Anulo Piſcatoris, die 15. Iulij 1586.

Hęc clauſula operatur generalem abſolutionem omnium cenſurarum, ne illarum occaſione fruſtretur gratia, qui eam impetrauit, & in tantum extenditur, in quantum poteſtas concedentis, S. Antoninus 3. part. tit. 24. cap 30. quam tamen multis modis limitare debes, vt per Rebuf. in ſua praxi benef. part. 1. de forma, & declara. nouæ prouiſio. num. 8.

ABSOLVTIO Quo ad ſeculares.

§.1.

Generalis Reformator, & Abbates huius Con-

Congregationis abſoluere poſſunt, quoſcunq; ſeruitores, mercenarios, collonos, & officiales, necnon miniſtros, ac etiam infirmos in illorum monaſterijs degentes, & quoſcunque ad eorum Eccleſias, in quibuſuis ſeptimanæ ſanctæ diebus, necnon per octauas Reſurrectionis Dominicæ, SS. Benedicti, & Bernardi vigilijs, & feſtiuitatibus, venietes à quibuſcunq. peccatis, ac etiam cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, in genere, ex quauis cauſa pro tempore latis; & in ſingulis caſibus, præterquam, in quibus ſedes Apoſtolica conſulenda foret, diſpenſare, ac die Paſchatis duntaxat excepto, Euchariſtiam, & alia Sacramenta miniſtrare: idque alijs Monachis, & ſacerdotibus, etiam ſecularibus committere, & auocare. Eugen. iiij. priuil. 9. num. 11. & ſeq. & indiſtinctè etiam extra Monaſteria. Alex. iiij. in Marimag. Ser- ior. anno 2. fol. 146. & Carthuſien. idem, A- ex. iiij. & Clem. iiij. & latiſſime Sixt. iiij. or- lini Prædicato. Regnorum Caſtellæ, & legio- is, vt Compend. Minorum hoc verb. §. 16.

§. 2.

Abbates verò Reformatorum, & reforman- orum Monaſteriorum, ſiue alij ab ipſis depu- ti Confeſſores eiuſdem ordinis, quos etiam ioçare poſſunt, omnium Chriſtifidelium v- uſq; ſexus in eiſdem Monaſterijs, ſeu Eccle- , etiam abſque ſuperiorum eorum licentia; feſſionibus auditis, quoties ipſis viſum fue- rit,

rit, ab omnibus peccatis, præter quam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, abſoluere, & pænitentiam ſalutarem iniungere, ac vota in eiſdem caſibus in ieiunia, & ſimilia pietatis opera commutare poſſunt. Eugenius iiij. priuil. 13. num. 13. Ac etiam ab omnibus cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine latis, ſuſpẽſionis, & interdicti in genere tantum, vel cum perſona ſingulariter, & expreſſe non nominata, ſatisfactione iniuncta auctoritate Apoſtolica abſoluere, & ſine cuiuſcunque licentia Sacramenta omnia miniſtrare. idem Eugenius iiij. d. nu. 13. & Leo x. Congregatio. Camand. num. 66. & Iulius ij. Congreg. Montisoliuet. priuil. 3. fol. 88. & ibid. ex S. Iuſtina idẽ Eugen. iiij. priuil. 50. fol. 189. & priuil. 52. fol. 205.

§. 3.

Quin etiam Confeſſor ad ſecularium confeſſiones in forma Concilij Tridentini audiendas deputatus eiſdem indiſtinctè, ac diligenter auditis, à quibuſcunque peccatis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, & à quibuſcunque cenſuris, ſententijs, & pœnis Eccleſiaſticis, ex illis reſultantibus, exceptis quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, abſoluendi, poteſtatem habet. Paul. iij. Societati Ieſu, vt illius Compend. verb. abſolutio. §. 1.

§. 4.

Abbates inſuper Monaſteriorũ, & quatuor Con-

Confeſſores ad nutum amouibiles, ab eiſdem in ſingulis deputati, ſeculariũ confeſſiones audire, & eos à caſibus, etiam Epiſcopis reſeruatis, & à quacunque ſententia, cenſuraque à iure, vel ab homine in genere tantùm latis abſoluere, ac in eiſdem caſibus habilitare, necnõ ſuper votis eiſdẽ Epiſcopis reſeruatis, quoties expedire videbitur, diſpenſare poſſunt. Eugen. iiij. Congreg. S. Benedicti Hiſpa. vt illius Cõpend. num. 23. verùm Iul. ij. Romæ 4. Kl. Auguſt. 1503. annò Pontif. ſui 1. pro eadem Cõgregatione declarauit, quòd virtute facultatis à Martino v. Monaſterio Montiſſerrati conceſſæ, abſoluendi ſcilicet à caſibus Epiſcopo reſeruatis ſeculares, & in votis cùm eiſdem diſpẽſandi, poſſe inter coniugatos, quando alter eorum cum alterius conſanguinea adulteriũ perpetraſſet, ad petendum debitum in foro conſcientiæ diſpenſare, vt per litteras Penitentiariæ, & d. Compend. fol. 46.

§. 5.

Poſſunt etiam dicti Confeſſores Ordinis forentes, & extraneos in caſibus, etiam Epiſcopis earum diœceſum, in quibus Confeſſores deputati fuerint cõfeſſionibus eorum auditis abſoluere. Nicol. v. vt Compend. Minorum verbo. abſolutio, quoad fratres §. 7. & Leo x. ibidem, & Sixt. iiij. §. 9.

§.6.

Cõfeſſores autem huius Cõgregationis pro ſecularibus, de licentia diœceſanorum, cum facultate abſoluendi, & diſpenſandi in caſibus, eiſdem reſeruatis deputati, etiam ipſis Epiſcopis mortuis, vſque dũ viduatis Eccleſijs de paſtore prouideatur, libere eadẽ facultate vti poſſunt. Clemens iiij. Dominica. vt in eorum priuil. fol. 55. D. & Compend. Min. hoc verb. §. 2.

Hoc priuilegium nihil præter ius commune continere videtur: ſiquidem gratia mortis concedentis nõ expirat, cap. ſi ſuper gratia. de offic. delega. lib. 6. & alia multa, quæ adducit Nauarrus in cap. placuit. de pænit. diſt. 6. num. 161. & ſeq. ad probandum, quod licentia de Confeſſore eligẽdo facta à Papa, Epiſcopo, vel Parocho morte concedentis non moritur: nam alioquin ſequeretur, omnes licentias, & facultates alicui à Papa, Epiſcopo, vel alio ad confeſſiones audiendas, vel alia Sacramenta miniſtranda cõceſſas eadem ratione illorum morte finiri; quod eſt abſurdum, & ab Eccleſiæ Chriſtianæ obſeruatione alienum, & ita non dicendum l. nam, quod abſurdum. ff. de bonis libert.

§.7.

Poſſunt etiam Confeſſiones ſubditorum illius Epiſcopi, à quo facultatem habent, extra illius diœceſĩ audire, ſicut aliàs curatis de iure cõpetit. Sixt. iiij. Min. eorũ Cõp. hoc verb. §. 11.

§.8.

Damnatos verò ad triremes in omnibus caſibus, ſicut in articulo mortis, abſoluunt. Pius iiij. viuæ vocis oraculo Societati Ieſu, vt illius Compend. verb. abſolutio. §. 5.

§.9.

Sed bona naufragantium rapientes, iniuncta eis reſtitutione vbi, & quomodo fieri poterit, ab Ordinis Confeſſoribus abſolui poſſunt, Gregorius xiij. viuæ vocis oraculo Societa. Ieſu, vt illius Compend. verb. abſolutio. §. 2.

Excōmunicatio hæc lata fuit primum in cap. excommunicationi. de raptoribus, quæ tamen non erat reſeruata. donec à Gregorio xiij. adnumerata fuit in proceſſu Bullæ Cœnæ, vt ait Nauarr. in Manua cap. 27. num. 6. & 117.

§. 10.

Cœterum Leo x. Minorib. indulſit, quòd infringentes, damnificantes, & violentiam aliquā inferētes rebus Monaſteriorum, & eorum perſonis, poſſint ab Ordinis prælatis à cēſura propter hæc incurſa abſolui. Compend. eorum, hoc verb. §. 14. Quam facultatē Sixtus iiij. extēdit ad omnes ſacrilegos, dūmodo nō rapuerint vaſa, & alia ſacra ſimilia, vt ſcilicet poſsit à quocūq; Ordinis Cōfeſſore, dum tamen ex tali ab-

ſolutione ſcandala non oriantur, abſolui, ibidem. §. 10.

Quæ hic in forma abſolutionis, de ſatisfactione, & reſtitutione facienda deeſſe videntur ſupple ex verb. bona. §. 9. & ad intelligentiam extenſionis præfatæ Sixti iiij. vide S. Thomam 2. 2. q. 99. art. 3. explicatum per Nauar. in tractat. de reditib. Eccleſiaſt. q. 1. Mon. 41.

ALIENATIO Bonorum.

§. 1.

Alienationes bonorũ mobilium, & immobilium Monaſteriorũ vtriuſque ſexus Congregationis, etiam in perpetuum per infeudationes, venditiones, permutationes, & quoſcunq; alios contractus, & in eorum euidentem vtilitatem factas, quãdiu regularis obſeruantia durat, Generalis Reformator concedere, confirmare, & validare poteſt. Eugen. iiij. priuil. 4. num. 9. & priuil. 7. num. 16. ac etiam non obſtantibus vltimis teſtatorum voluntatibus, Leo x. Auguſtinianis, vt Compẽd. Societa. Ieſu hoc verb. §. 1.

§. 2.

Quòd ſi læſio aliqua in eiſdem interuenerit, vide infra verbo læſiones per totum.

ALTARIA.

§. 1.

Monaſteriorũ altaria erigere, Eccleſias benedi-

nedicere, & pollutas reconciliare, vide verbo benedicere, & verb. reconciliare.

§. 2.

Super altari portatili in Caſtris, & fortalitijs Ordinis aliqua iuſta de cauſa, ſeu tempore belli Miſſas, & alia diuina officia celebrare cōceſſit Vrbanus v. Ciſtercienſib. priuil. 63.

§. 3.

Necnon in grangijs, domibus, cellarijs, alijſque locis congruentibus, & honeſtis, & etiā in præſentia perſonarum Ordinis, idem Vrbanus v. permiſit Carthuſienſib. vt lib. illorū priuil. fol. 25. quod Nicolaus Nuncius in Hiſpaniā Apoſtolicus à Sixto iiij. 1476. ad infirmarias extendit Congreg. S. Benedicti Hiſpa. vt illius Compend. num. 62. ac etiam cum eodem Altari portatili in Oratorijs diuina celebrare conceſſit Clemens iiij. Minorib. eorum Compend. hoc verb. §. 3.

Prædictis obſtare videtur Cōcilium Trident. ſeſ. 22. de obſeruand. & vitand in celebra. Miſſæ: quia poſt illud decretum non licet celebrare Miſſas extra Eccleſias, vel Oratoria, ad diuinum tantum cultum ab ordinarijs deſignanda, & viſitanda dedicata: niſi dicamus illud non habere locum in caſibus, & ſimilibus cap. concedimus. de conſecratio. diſt. 1. vt per Nauarrum in Manua. cap. 25. num. 82. quoad quos forte poſſent procedere priuilegia prædicta, ſecus in alijs, etiam quoad Monachos, quando extra

C 2 *Mona-*

Monaſteria, vel loca regularia exiſtunt.

§. 4.

Enimvero pro conſecratione altarium, Eccleſiarum, aut alius loci ſacri, vel adminiſtratione alicuius Eccleſiaſtici Sacramenti nullus à nobis, cuiuſuis conſuetudinis intuitu, quidquã extorquere poteſt, ſed omnia gratis impendere debet. Celeſtinus v. Congreg. ſuæ num. 35.

APPELLARE.

§. 1.

Ab ordinationibus, inſtitutionibus, definitionibus, & correctionibus quibuſcunque tam Capituli, quam Generalis Reformatoris, ſeu aliorum Congregationis ſuperiorum, etiã ad Sedem Apoſtolicam, niſi de ipſius ſpeciali indulto, appellare non licet: atque ita quæcunque appellationes ſuper eisdem quomodolibet interpoſitæ nullæ, ac irritæ cenſentur. Iulius ij. Congrega. Montiſoliuet. priuil. 31. fol. 73. & ex S. Iuſtina Eugen. iiij. priuil. 51. fol. 193. & Alexand. iij. Innocent. iij. & Innocent. iiij. Carthuſien. & Bonifac. viij. Dominica. eorum priuil. lib. fol. 66. E.

§. 2.

Non enim poſſunt Ordinis perſonæ, vtriuſque

que ſexus extra eundem, etiam ad eius conſeruatores appellare, quod in virtute S. obedientiæ inhibuit Alexand. iiij. Ciſterci. priuil. 34. contrafacientes Ordinis rigori ſubijciendo. Et Innocent. viij. priuil. 115. Ciſtercien. Motu proprio decreuit appellantes huiuſmodi cēſuram, & pœnam excommunicationis ipſo facto incurrere, ac pro talibus ab omnibus publicari debere, appellationeſque nullas, friuolas, & inanes fuiſſe, & eſſe, & propterea ipſis Iudicibus, ad quos appellatum eſſet, inhibet.

§.3.

Nec Vicecancellarius, vniuerſique Curiæ Officiales, vel etiam Legati Apoſtolici, niſi de Cardinalium conſilio, cauſas huiuſmodi appellationum committere, vel delegare debent. idem Innocen. viij. Ciſterci. priuil. 48. & priuil. 114. num. 5. & Paul. iij. Societati Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 1.

§.4.

Itaque appellatione quacunque non obſtante ad correctionem, & viſitationem ſecundum Ordinis ſtatuta procedi poteſt. Bonifacius viij. & Sixt. iiij. Carmeli. & Auguſtinia. vt Compend. Minorum hoc verb. §. 1. & verbo generalis. §. 10.

Per prædicta ceſſat quæſtio illa, An Regulari appellare liceat, quam poſt alios tractat Nauarrus in Commenta. 3. de regularib. num. 51. per hæc enim liquidò apparet, hoc illis extra regulam, quam ſanctè, iuſtè, ac charitatiuè, in correctionibus procedere, credere par eſt, omninò prohibitum eſſe.

APOSTATA.

Vide verbo ſugitiuus, & Compend. Minorũ eodem verb. & verb. excommunicatio. §. 12.

Apoſtata ſecundum Alexand. de Ales in tracta. apoſtaſiæ, & Syluest. in ſumma eod. verb. in princ. eſt temerarius à ſtatu fidei, obedientiæ Eccleſiæ, vel Religionis receſſus, per quas quis fit infamis, & excommunicatus, Innocen. *in cap. 1. vbi etiam Panor. de apoſtatis. vnde apoſtata à Religione, vt* Silueſt. *vbi ſupra q. 4. ait, eſt qui eam profeſſus, ſine ſuperioris licentia exijt à Monaſterio, cum intentione non reintrandi illud, vel aliud, ſed viuendi inobedienter, & irreligioſe. Reliqua vide d. verb. fugitiuus, & apoſtata. §. fin.*

BAPTIZARE

§. 1.

Fõtes baptiſmales in Monaſterijs vtriuſque ſexus huius Cõgregationis, & eorum membris, in proprijs terminis à parochijs diſtinctis haberi,

beri, inibique Sacramentum baptiſmi ſine alicuius Ordinarij licentia quibuſuis perſonis, per aliquos eiuſdẽ Ordinis Monachos, vel etiã presbyteros ſeculares viros probos, ab ipſis Abbatibus, & Abbatiſſis eligendos conferri poſſe indulſit Iul. ij. priuil. 19. num. 10.

§. 2.

Gregorius verò ix. Minoribus conceſſit, vt homines per miniſteriũ exhortationis in Terris Saracenorum, & Paganorum ad fidei vnitatem à ſe ipſis conuerſos baptizare poſſint, vt eorum Compend. hoc verb. §. 1. vbi Collectarius aſſerit declaratum fuiſſe poſſe Minores tẽpore neceſſitatis abſẽte parocho, vel ſeculari Sacerdote, quemcunque paruulum baptixare.

Peccat laicus, qui etiam in neceſſitate baptizat præſente clerico, & clericus minor præſente presbytero, & mulier præſente viro, & infidelis præſente fideli, niſi aptior ſit excommunicatus, vel aliàs impeditus, iuxta communem in cap. quicunque. cap. à quodam. cap. conſtat. & cap. mulier. de conſecrat. diſt. 4. vnde collige. quid ſit, quod Collata. ait.

BENEDICERE.

§. 1.

Tametſi Generalis Reformator, & Abbates huius Congregationis, vt ſupra dictum eſt, triẽnales ſint, & munus benedictionis eiſdem non

impendatur; Monaſteriorum tamen veſtes, tunicas, & alia ornamenta pro Miſſis, & alijs officijs celebrandis benedicendi poteſtatem habent. Iulius ij. priuil. 19. num. 8. & Minimis, vt lib. priuil. Dominica. fol. 225. B.

§. 2.

Quin etiã pallas, ſeu altaris corporalia pro ſuis, & Monialiũ Ordinis Monaſterijs, ac Prioratibus, propinquioribus, in quibus caſu reperientur, idque ab eisdem petitum fuerit, benedicere poſſunt. Gregor. xiij. ſub anulo Piſcatoris 26. Iulij 1580. & corporalia, veſtimenta, aliaque ornamenta, tam pro ſuis, quàm alienis Eccleſijs, vndecumque delata. Innocen. viij. viuæ vocis oraculo Congrega. S. Iuſtinæ num. 7. & Iulius ij. num. 9.

§. 3.

Poſſunt etiam quaſcumque Monaſteriorum Eccleſias, cœmiteria, Capitula, & Oratoria, paramenta, ornamenta, & alia quæcunque ad diuinum cultum, & vſum Monachorum neceſſaria, in quibus chriſma non interuerit, ſolenni benedictione benedicere, easdemque Eccleſias ſanguinis, ſeu ſeminis effuſione, aut aliàs quomodolibet pollutas, aqua prius per Epiſcopum benedicta, ſi intra duas dietas inueniatur, reconciliare. Leo x. Minorib. de obſeru. vt eorũ

Com-

Compend. hoc verb. §.12. & Iulius ij. Minimis ibidem §. 11. Innocen. viij. §. 7. & idem Iul. ij. §. 9.

Qui ſcieter in Eccleſia polluta celebrat, licèt peccet mortaliter: non tamen fit irregularis per text. expreſ. cap. is qui. de ſenten. excomm. lib. 6. ſex autem caſus, in quibus Eccleſia dicitur polluta, enumerat Nauarr. in Manua. cap. 27. num. 156.

§. 4.

Proinde Abbates præfati non ſolùm nouitios, & ſuos ſubditos Monachos clericali charactere inſignire poſſunt, pro vt à Iulio ij. priuil. 19. num. 8. conceſſum eſt; ſed etiam quatuor minores ordines, ſicut benedicti, & perpetui Abbates de iure poſſunt conferre: quia omnia, quæ ad tales ſpectant à Iulio ij. vbi ſupra noſtris conceduntur.

Non ambigitur Abbates iure communi, ac etiam de ſpeciali Papæ commiſſione poſſe ſuis Monachis, primam tonſuram, & quatuor minores Ordines conferre, gloſſa in cap. peruenit. 95. diſtin. & cap. cum contingat. de ætat. & qualit. vbi, & vbique tenet communis opinio, & ſatis explicat Concilium Trident. cap. 10. de refor. ſeſſ. 23. & probatur per totam 69. diſtin. & per Sotum in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. nec mirum, cum poſſit Papa, etiam ſimplicem Sacerdotem in hoc priuilegiare, Hoſtien. in capit. 1. de ſupplen. negl. prælato. nam benedictio,

dictio, quæ Abbatibus fit, non eſt ordinis, iuxta notata in clem. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtat. monac. atque ita videmus Cardinales presbyteros ſine aliqua benedictione recepta, minores Ordines conferre, vt notat Abbas in d. cap. 1. Quod quidem priuilegium cum facultatiuum ſit, & ad dignitatem abbatialem pertineat, ei per non vſum derogari non poſſunt Abbates, quin etiam poſt longum tempus mutata voluntate, eo vti poſſint, vt per Felin. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitu.

§. 5

Verum Eccleſiarum erectiones, Altarium, & vaſorum conſecrationes, veſtium benedictiones, Monachorum ordinationes à quocunque Catholico antiſtite ſtatutis à iure temporib. in proprijs Monaſterijs fieri poſſunt. Eugenius iiij. Cõgregat. Montis Oliuet. ex S. Iuſtina priuil. 50. fol. 186.

Obſtat Concilium Trident. quatenus ſeſſ. 6. cap. 5. de refor. ſtatuit, ne vllus Epiſcopus, cuiuſuis priuilegij prætextu poſſit in aliena dioceſi Pontificalia exercere. Poßunt tamen Abbates ſubditos ſuos, ad quemcunque Catholicum antiſtitem pro recipiendis ordinibus mittere, cap. 8. de refor. ſeß. 23. & hoc modo procedere poteſt priuilegium, ac etiam in prima tonſura, & quatuor minoribus, iuxta d. cap. 5. ſeſſ. 6. & cap. 10. ſeſſ. 23. vt ſcilicet poſſint requirentibus Abbatibus, etiam hodie in proprijs Mo-

naſte-

naſterijs à quocunque antiſtite conferri: quia omnia, quæ ordinariæ ſunt iurisdictionis iure canonico ſunt delegabilia, iuxta gloſſ. ſing. & recep. in cap. peruenit. 95. diſt.

BENEFACTORES.

§. 1.

Benefactores Monaſteriorum ob beneficia in illa collata; ſeu quia ſubditi aliquorum Dominorum ſunt, & cum Monachis conuerſantur, ab eiſque Sacramenta recipiunt, moleſtari, grauari, ſeu etiam excommunicari à quoquam non poſſunt, Leo x. Congreg. Camand. num. 43. & Eugenius iiij. ex S. Iuſtina in Montisoliueti priuil. 52. fol. 202. & vide inf. verb. excommunicatio. §. 3.

§. 2.

Quibus, & procuratoribus, ac etiam quibuſcunq; donatis poſſunt Generales huius Cõgregationis ſuffragia, orationes, & vigilias Monachorum, indulgentiaſque, ac beneficia ſpiritualia totius Congregationis communicare. Vrban. v. Monum. Minorum fol. 261. conceſſ. 671. & vide verb. communicare.

De cõmunicatione bonorum ſpiritualium, & quatenus per ſuperiores, etiam regulares fieri poſſit, vide poſt alios Nauarr. in Miſcell. 11. de Pſalt. & Roſa. B. Mariæ, præſertim num. 4. & 9.

Ben

Eccleſiaſtica.

§. 1.

Omnia, & quæcumque Eccleſiaſtica beneficia cum cura, vel ſine cura ad præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam Monaſteriorum Cõgregationis diſpoſitionẽ ſpectãtia (præterquam ſi apud ſedem Apoſtolicam vacare cõtigerint, vel aliàs diſpoſitioni Apoſtolicę reſeruata fuerint) impetrari non poſſunt, nec ſub gratijs expectatiuis, aut prouiſionibus, ſeu alijs diſpoſitionibus à dicta Sede cõceſſis, & cõcedendis comprehenduntur; ſed eorum pręſentationes, electiones, & diſpoſitiones occurrente illorum vacatione ad Abbates, & Conuentus liberè pertinent, quibuſcunque non obſtantibus. Leo x. Congregationi Camand. num. 38. & 88. & Congrega. Montisoliueti Iulius ij. priuil. 31. num. 77.

§. 2.

Atque ita licitum non eſt Monacho, cuicumque aliquod eorum beneficiorum per ſe, vel per alium impetrare, vel eius de illo electioni conſentire, ſeu oblatum acceptare, abſque Capituli, vel Reformatoris Generalis licentia: aliàs caret impetratis, & ad alia inha-

habilis in poſterũ perpetuò redditur. Quod ſi monitus infrą tres dies noņ adquieuerit, excõmunicationis ſententiam ipſo facto incurrit, à qua, niſi ſatisfactione ſubiectionis facta, ne illum abſoluant Monachi in virtute ſanctę obedientiæ, & maledictionis æternæ inhibuit Eugenius iiij. vt Congregat. Montisoliueti ex Sancta Iuſtina priuil. 41. fol. 180. & priuil. 51. fol. 195.

Quid ſi à Papa fiat inhabili collatio, an videatur ſecum diſpenſare? Dic, quod ſic; ſi ſciens illius inhabilitatem, nihilominus confert: quia Papa, quoties aliquem contra humana iura promouet diſpenſare videtur; ex Innocen. in cap. diuerſis fallacijs. de cleri. coniuga. & Bart. in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætor. num. 12. per l. quidã conſulebant. ff. de re iudica. & per alia, quæ ad hoc citat Nauarrus in Relectio. cap. ſi quando. excepto. 10. num. 3. de reſcrip. ſecus verò, quando fit ab inferiore: quia tunc requiritur formalis diſpenſatio, per ibidem citata.

BONA

Congregationis.

Omnia, & quæcũq; Monaſteriorũ bona ſpiritualia, & tẽporalia huius noſtrę Cõgregat. nulli alij, quã ſoli Reformatori generali pleno iure, eiuſ-

eiuſque viſitationi, & correctioni ſubſunt. Eugenius iiij. priuil. 7. num. 4. & 5.

§. 2.

De quibus vendendis, alienandis, infeudandis, permutandis, &c. vide ſupra verbo alienare. §. 1.

§. 3.

Et quomodo bona Monaſteriorum, Prioratuum, grangiarum, &c. exempta ſunt, & ſedis Apoſtolicæ protectioni immediatè ſubiecta, vide verb. exemptio.

§. 4.

Cœterum bona, etiam feudalia recipere, ac licitè retinere poſſe indulſit Celeſtinus v. ſuæ Congreg. num. 56. Aquilę. 5. kl. Octob. & licèt Eccleſiaſtica ſint, eidem donari, & relinqui poſſunt, dummodo onera, ad quæ donator, ſeu teſtator illorum occaſione tenebatur, vel ab eo impoſita ſuſcipiat. Et ſi ad certum numerũ generationum, vel nominationũ conceſſa fuerint, Congregatio per viginti annos pro qualibet generatione illa tenere poterit: quæ tametſi inueſtituræ de illis, vt ſolet, non fiant, non propterea cadunt in commiſſum. Congregatio. S. Georgij in Alga, vt Compendio Societatis Ieſu hoc verb. §. 6.

Iuri communi non refragatur; præſertim quando ſeruitium, ſi quod imminet, per Monaſterium, vel alium præſtari poteſt, Decius in cap. in præſentia. d num.

num.74.de probat.o. etiam ſi reſtitutioni ſint obnoxia: quia tunc Monaſterium vſumfructũ vita Monachi durante habebit, de quo Abbas in d. cap. in præſentia.

§. 5.

Necnon domos, Terras, & quaſcunque poſſeſſiones, bonaque mobilia, vel immobilia ad Monaſteria, ſeu Collegia erigenda charitatiuè relicta, illaque ex eis pro Abbatum, & Monachorum Congregationis habitatione, iuxta S. Benedicti regularia inſtituta erigere, & fundare, Clem. vi. Congregatio. Montisoliuet. priuil. 4. fol. 7. & Cõpend. Societatis Ieſu verb. bona. §. 1. Paul. iij.

Quod etiam iuri communi cenſonum eſt, ex quo licet loco pio: non ſolùm in morte relinquere, l. 1. iuncta gloß. C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. Collegium. C. de hæredib. inſtituend. ſed etiam in vita quamcunque quantitatem donare, nec inſinuatione vlla opus eſt, iuxta doctrinam Bart. in l. ſi quis argentum. § ſancimus. C. de donatio.

§. 6.

Monaſteriorum, etiam de vno ad alium locum tranſlatorum bona, ædificiorumque materiam, libros, calices, & paramenta ſecum deferre: ædificia verò cum ipſo territorio, præter Eccleſiæ locum, vendere, & in eorundem Monaſteriorum, ad quæ transferuntur vtilitatem vertere poſſunt. Clemens iiij. Minorib. vt eo-

rum

rum Compend. verb. bona. §. 5. & Sixt. iiij. quoad Monialium Monaſteria. §. 6.

§. 7.

Ac etiam locum Eccleſiæ ad vſus humanos reducere, dummodo ædificiorum materia in ſabrica alterius Eccleſiæ ponatur. Vide Compend. Societ. Ieſu verb. bona. §. 7.

§. 8.

Bona verò, quæ à vagantibus extra Monaſterium, & obedientiam, quomodocumque adquiſita, & lucrifacta ſunt, Monaſterijs, in quibus profeſſionem emiſerunt, adquiruntur, in iudicioque peti, & in eorum vtilitatem conuerti poſſunt. Leo x. Minorib. eorum Compend. §. 12.

Incapacia dominij.

Aduertendum ad hoc, vt priuilegium ſubſiſtere poſſit, illud conceſſum fuiſſe Minoribus, quorum Monaſteria, & Ordo regulariter ſunt incapacia dominij, & poſſeſſionis omnium bonorum pecuniariorum, cap. exijt. §. ad hęc. de verb. ſignif. lib. 6. & clem. exiui. §. proinde. eodem tit. Conciliū Triden. cap. 3. ſeſſ. 25. de regularib. & conſequenter omnia, quæſita ab illius Ordinis apoſtata, & vagante ſaltem per contractus videtur pertinere ad ſedem Apoſtolicam: quia relicta ei per teſtamentum, & alias vltimas voluntates, & ſucceſſiones videntur remanere caduca per pręfatos §§. & adnota. per Card. in d. §. proinde. q. 2. Quare de Minoribus tantum intelligitur propriè priuilegium: quia Religioſi aliorum Ordinum contrahentes vtiliter ſuo Monaſterio

rio regulariter quærunt, iuxta doctrinam Innoc. in cap. cum olim. 2. de priuileg. ſiue contrahant nomine ſuo, ſiue nomine ſui Monaſterij, ſiue impcrſonaliter, vt ait Nauar. in Commenta. 2. de regula. n. 32.

§. 9.

Et proinde quæcumque perſona cuiuſcumque ſtatus, gradus, ſeu qualitatis, Eccleſiaſtica, ſeu ſecularis, quauis etiam Pontificali perfulgeat dignitate, quæ Monaſteria, res, & bona mobilia, ſeu immobilia, poſſeſſiones, domos, molendina, aquas, piſcaria, iura, iuriſdictionem, & alia quæcumque ad præfatam Congregationem, & illius Monaſteria pertinētia, perturbare, vel fatigare præſumpſerit, niſi infra tres dies, poſtquam huius indulti certior facta fuerit ſe correxerit, aut debitam cautionem de reſtituendo, & ſatisfaciendo non præſtiterit, excōmunicationis ſētētiā ipſo facto īcurrit, à qua niſi à sūmo Pōt. aut mortis articulo, & dicta ſatisfactione facta abſolutionis beneficiū nequit obtinere. Eug. iiij. Cōg. Mōtiſoliueti, ex S. Iuſtina priuil. 49. fol. 179. & Cōpēd. Societ. Ieſu. §. 5.

Ex hic poſitis ſuppleri poſſūt, quæ ſupra verbo abſolutio, quoad ſeculares §. 10. circa ſatisfactionem faciendam deſiderari diximus: & pro vtrorumque abūdanti declaratione, vide materiam cap. cum olim. & cap. ex parte. 1. de verb. ſignificatio.

BVLLA COENAE.

Quib. caſib. ēt ī Bulla Cœnę D. cōtētis abſoluere, & diſpēſare poſſum⁹ vide ſup. ver. abſol. 1. & 2.

Cruciata.

§. 1.

Ne prætextu Bullæ Cruciatæ, ſiue aliarum quarumcunque litterarum Apoſtolicarum cō-ceſſarum, vel in poſterum concedēdarum Monachi huius Congregationis ſibi Confeſſorem ſine Abbatum, & ſuperiorum ſuorū licentia eligere audeant, in virtute S. obediētiæ prohibuit Alexand. vj. priuil. 16. num. 7. & 8. quibuſcumque, etiam inſolitas, & derogatoriarum derogatorias, aliaſque fortiores, & inſolitas clauſulas continentibus, niſi ſpecialem, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de huiuſmodi Indulti tenore mentionem fecerint, non obſtantibus. Innocen. viij. Minoribus, vt eorum Compend. verbo cruciata. §. 2. & verbo Confeſſarius, Societati Ieſu. §. 4.

§. 2.

Nullus præterea huius obſeruantiæ Monachus, quarumcunque etiam Cruciatæ conceſſarum, & concedendarum facultatum gratia, quoad confeſſiones vti poteſt; niſi in caſu alicuius particularis neceſſitatis, ab Ordinis Generali examinādæ, in quo dictę obſeruātię Monachis abſoluendi facultas nō ſit conceſſa, quibuſcumque non obſtantibus, etiamſi in eis expreſſe ſub cenſuris prælatis inhibeatur, ne ſubditos ſuos a talium gratiarū acceptione arceat,

ſub-

ſubditiſque libera facultas eas accipiendi, & vtendi tribuatur. Leo x. Compend. Minorum verbo abſolutio, quo ad fratres, §. 17. qui, vt ibidem apparet num. 18. ſub excommunicationis pœna inhibuit, ne Monachi, vel Moniales eiſdem gratijs, abſq; ſuperioris licẽtia vtãtur.

§. 3.

Nullum etiam confeſſionale impetrare præſumere poſſunt, pro vt verb. Confeſſores, & cõfeſſionale dicetur.

§. 4.

Siquidem mentis Sanctiſſimi non eſſe per Bullas Cruciatæ, aut Iubileorum, vel alias ſimiles cõceſſiones, ſub quacumque derogatione, aut tenore, etiam cum clauſula (quacumque prohibitione ſublata) vel etiam viuę vocis oraculo Pœnitẽtiarijs S. Petri, aut quibuſuis alijs hactenus factas, vel faciendas, velle derogare indultis, & conſtitutionibus Ordinis ſuper eiuſdem Cõfeſſarijs editis Gregorius xiij. viuæ vocis oraculo Societatis Ieſu declarauit, vt illius Compend. verb. abſolutio. §. 11.

Attentis, & præſuppoſitis præfatis priuilegijs, in ampliori forma conceſſis, necnon declaratione intentionis Pontificũ, et cauſa finali ad ea cõcedenda, dicendum videtur illis per nullas, etiam Cruciatæ Bullas derogari, niſi quatenus, de voluntate contraria concedentis expreſſe conſtaret, quod adnotauit Collectarius Compend. Minorum in fine verb. Cru-

ciata: addendo, quod licèt Cruciata expreſſe deroget, & ſuſpendat omnia, & quæcumque priuilegia Monaſterijs conceſſa, intelligēda eſſe de his, quæ impedire, vel retardare poſſent illius effectum. quod nō faciunt iſthæc noſtra, quoad Monachos, & Confeſſores, qui eos ſimpliciter in vim priuilegiorū abſoluunt: quia cauſa finalis Cruciatæ, ſcilicet, vt promoueatur, & adiuuetur eleemoſynis bellum ſacrum, nō militat, ſaltem in ſimplicibus Monachis, qui ſine ſuperioris licentia non poſſunt aliquid elargiri, etiam ad pias cauſas, per gloſſas in cap. non dicatis. 12. q. 1. & clement. 2. §. ſed & tales. per illum textum. de vita, & honeſt. clerico. & expreſſe tenet S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 8. ad 1. & ceſſante ratione legis ceſſat lex, cap. cum ceſſante. de appellatio. Secus tamen dicendum eſt quoad ſeculares. Atque ita congruum eſſet ad tollendas difficultates ſuper hoc à S. ſede Apoſtolica declarationem obtinere.

CANONICA Portio.

Vide verbo quarta Canonica portio funeralium.

CAPITVLVM GENERALE, & intermedium.

Generale Capitulū, & intermediū huius Cōgreg. ſub certis modo & forma ſingulis triēnijs,

celebratur, de cuius facultate, poteſtate, ac ordine ex ſumorum Pōtificū priuilegijs in conſtitutionibus, & definitionibus illius relatis clarè conſtat, vt Eugen. iiij. priuil. 7. num. 2. priuil. 8. nu. 2. & priuil. 17. num. 2.

§. 2.

Cui quidem plenaria, & omnimoda poteſtas competit definitiones, & ſtatuta, in ſpiritualibus, & temporalibus pro cōſeruatione, & ſoliditate huius Congregationis faciendi, ordinandi, & emendādi, corrigendi, necnon cenſuris, & pœnis obſeruari faciendi, ſaluis tamen Ordinis, & Regulę ſubſtantialibus. Innocen. viij. Ciſtercien. priuil. 113. nu. 5. Mart. v. priuil. 1. nu. 14. Eugenius iiij. priuil. 7 num. 14. & priuil. 8. num. 7. Leo x. Congregat. Camand. num. 15, & 16. & à ſede Apoſtolica confirmata, & roborata, eo ipſo cenſentur. Iulius ij. Congreg. Montis oliueti priuil. 31. fol. 73.

§. 3.

Illiuſque definitionibus, ordinationibus, declarationibus, & correctionibus, quibuſcūque omnes, & ſinguli ſubditi efficaciter, & omnino parere debent, licet propter illarum violationem, (niſi ex contemptu) peccatum mortale, non incurratur. Leo x. Congreg. Camād. num. 16. & 17.

§. 4.

Et quāuis eidē, omnes capitulares intereſſe ne-

quiuerint: quidquid tamen à maiori parte, & Sanioris cõſilio rationabiliter, ac prouide ſtatutum fuerit ratum, & firmum ab omnibus haberi, irrefragabiliterque obſeruari debet. Clemens iij. & Celeſtinus iij. Carthuſien.

§. 5.

Porrò eidem Capitulo ſoli, & nulli alij cõpetit Generalem Reformatorem, Abbates, & Abbatiſſas Ordinis, & Monaſteriorum Congregationis certo modo, & formá corrigere, ſuſpendere, deſtituere, ac illorum loco alios deputare, de quo vide verbo Abbas. verb. Abbatiſſa. & verb. Generalis & priuil. 3. num. 8. Ciſtercien. & ex Eugen. iiij. priuil. 8. num. 10. & priuil. 11. num. 1. 2. & 4. & priuil. 14. num. 7. & definitiones Congregationis.

§. 6.

Ordinat etiam quomodo Monachi, fratres, & ſacris non initiati diuinum officium dicere teneantur, de quibus nihil eſt in regula diſpoſitum. Eugen. iiij. priuil. 10. num. 14.

§. 7.

Confeſſores autem ab eodem nominati ſingulas vtriuſque ſexus Monaſteriorũ perſonas, confeſſionibus illarum auditis, & ſalutaribus pænitentijs iniunctis, ab omnibus, præterquã Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, criminibus, quoties eis viſum fuerit abſoluere poſſunt.

Ac ſuper irregularitatibus ex quauis cauſa contractis (homicidio voluntario, mẽbri mu-

ſtilatione, ac bigamia duntaxat exceptis) cum eiſdem, vt ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, & in eiſdem miniſtrare poſſint, omnẽ inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam per eos contractam abolẽdo, diſpenſare. Eug. iiij. priuil. 8. num. 14. 15. & 16. & extra Capitulum indiſtincte. Pius iiij. Congregat. Mõtisoliueti priuil. 36. fol. 120.

Facultas iſta durat etiam finito Capitulo vſq; dũ ſuſpendatur, cùm priuilegium generaliter loquatur, & quoad vtriuſque ſexus perſonas.

§. 8.

Necnõ omnes alias perſonas huius Ordinis, & Congregationis, ſcilicet nouitios, donatos, & ſeruitores, commenſales, nuncios, & procuratores, qui eidẽ Generali Capitulo interfuerint ab omnibus, & ſingulis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti cenſuris, & Eccleſiaſticis pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ac etiam ab omnibus quantumcumque enormibus peccatis, criminibus, & exceſſibus, etiamſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò eſſet conſulenda, ſalutari, iniuncta pœnitentia abſoluere, ac ſuper irregularitatibus, quouis modo, & qualitercumque contractis, vel contrahendis cũ eis & earum qualibet diſpenſare: necnon Confeſſor idoneus ab Ordine deputatus eiſdem indul

gētiam plenariam, & omnium peccatorum remiſſionem ſingulis annis, in eodē Capitulo intra viginti dies immediatè ſequētes, ſemel duntaxat impendere, & concedere poteſt. Sixt. iiij. priuil. 96. num. 2. Ciſtercien.

§. 9.

Plenariam quoque, & perpetuo duraturam indulgentiam conceſſit Pius ij. omnibus, & ſingulis huius Congregationis profeſſoribus, cōuerſis, & oblatis verè pęnitentibus, & cōnfeſſis, qui eidem Generali Capitulo, ſeu Monaſterio, in quo celebrabitur, interſuerint, niſi per hanc ad illicita committēda procliuiores reddantur. Congregat. Montisoliuet. priuil. 29. fol. 59.

§. 10.

Eandem conſequuntur Monachi, fratres, & conuerſi Congregationis, etiam à loco, vbi Capitulum generale celebrabitur abſētes, qui verè pænitentes, & confeſſi pro eius fœlici ſucceſſu preces ad Deum, ſecundum ordinis ſtatuta deuotè fuderint. Sixtus iiij. Congregat. Mōtis oliueti viuæ vocis oraculo priuil. 38. fol. 125.

§. 11.

Cæterum nullus Epiſcoporum, etiam diœceſanus Capitulis noſtris pro inſtituendis, vel deſtituendis, aut eligendis Abbatibus ſe intromittere poteſt. Gregorius ix. priuil. 15. Ciſtercien. & Celeſtinus iij. Carthuſien. Quæ verò cir-

ro circa regulam in Capitulo Generali, vnà cũ Generali Reformatori fieri poſſint, vide verb. conſtitutiones, ſeu definitiones, & quomodo ab ordinationibus, & correctionibus Capituli Generalis appellandum non ſit, vide ſupra verb. appellare.

CARNIVM ESVS.

Eſus carnium per regulam P. N. Benedicti cap. 39. Monachis omnino prohibitus eſt; iuxta tamen definitionem factam in Capitulo Ciſtercienſi in hac noſtra Congregatione certis quibusdam diebus, ex priuilegio Alexand. vj. priuil. 16. licitus reperitur.

Intellige præfatam Regulæ prohibitionem cũ moderamine, de quo in cap. carnem, & ibi bona gloſſ. de conſecratio. diſt. 5. & in cap. cum ad Monaſterium. de ſtatu Monacho. & tradit S. Thom. 2.2. q. 186. art. 9. vbi Caiet. & idem S. Thomas, quolibet. 9. art. 4. vt ſcilicet limitetur, non ſolum quatenus copulatiuè infirmitatem, & debilitatem requirit, ſed etiam diſiunctiuè, & in alijs caſibus, de quibus in dictis iuribus, & Regula dicitur. Atque ita receptum eſſe aſſerit Panor. in d. cap. cum ad Monaſterium. nu. 16. vnde inferri poteſt, ex quo caro prohibetur oĩa, quæ ex carne ſemẽtinã, trahũt originẽ, vt lac, caſeũ, oua, & ſimilia probibita cẽſeri, vt ait in ſimili B Greg. in cap. deniq; 4. diſt. & ſatis probatur in cap. pſbyter. 83. diſt. q̃ à fortiori pcedere debet in

extremitatibus, & inteſtinis animalium, auth. multo magis. C. de ſacroſan. Eccleſ. itaque licet excuſentur exiſtentes in Caſtellæ partibus, die Sabbathi extremitates, & inteſtina huiuſmodi comedentes contra cap. quia dies, de conſecra. diſt. 5. eo quod ibi receptum non eſt, illud tamen quo ad Monachos inferri non poteſt, nec extendi, quippe qui non ſolum iure cõmuni d. cap. quia dies. ab eſu carnium die Sabbathi abſtinere debent; ſed etiam voto. & iure particulari prædictæ Regulæ omnibus diebus ad id tenẽtur, & impedimento vno de duobus ſublato, alterum remanet, cap. ex tuarum, de authorit. & vſu palij. Quare ſuperioribus circa hoc ſummopere inuigilandum eſt vt ſi quæ reformatione indigent, reforment, iuxta doctrinam Panor. in d. cap. cum ad Monaſterium. num. 18. & melius ad propoſitum in cap. ſuper eo. num. 4. de regularib. præſertim conſuetudinem illam Monialium Ordinis contra regulã, & obſeruantiam Monachalem introductam, carnes indiſtinctè, ac ſine vllo delectu comedendi; quæ tametſi præſentes à peccato mortali forte excuſare potuerit, exiſtimantes anteceſſores ſuas circa id licentiam, & diſpenſationem aliquam obtinuiſſe; poſthac tamen ſibi cauere debent, & vitæ reformationem. ſecundũ Regulæ perfectionem, ad quam omnes tendere indiſtinctè tenemur, admittere. Panor. in d. cap. cum ad Monaſterium. n. 18. ne iã ex malitia peccare videãtur.

CASVVM RESERVATIO.

Quoniam magnoperè ad Chriſtiani populi

diſciplinam pertinet, vt attrociora quædam, & grauiora crimina à ſolis quidem ſummis Pontificibus in toto Terrarum Orbe, ab Epiſcopis verò in ſua diœceſi abſoluantur: meritò ſinguli pro poteſtate ſibi in Eccleſia tradita, eadé ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. Quę reſeruatio tanquam diuinæ auctoritati conſona, nõ tãtum in externa politia, ſed etiam coram Deo, articulo mortis excepto, vim habere par eſt. Vnde cum extra illum articulum ſacerdotes nullum in caſibus huiuſmodi reſeruatis abſoluendi poteſtatem habeant, pænitentes ad legitimos ſuperiores pro abſolutione cõſequenda remittere debent. Concilium Triden. ſeſſio. 14. cap. 7. de caſuum reſeruatione.

§. 2.

Quomodo autem, & quando Monachi, & Confeſſores Congregationis abſoluere poſſint à caſibus Sedi Apoſtolicæ, & inferioribus Epiſcopis reſeruatis, & ſuper irregularitatibus, & votis diſpenſare, illaque commutare, vide ſupra verb. abſolutio. verb. diſpẽſat. & verb. vota.

§. 3.

Super irregularitatibus etiam, ſuper quibus licet Epiſcopis ex Concilio Triden. cap. 6. de refor. ſeſſ. 24. diſpenſare, hæreſi, & homicidio voluntario exceptis, vide verb. abſolutio. quoad Monachos. §. 1 1.

Cum omnes Sacerdotes in ſua ordinatione poteſtatem

tem ſuper verum Chriſti Corpus, ad conficiendũ Euchariſtiæ Sacramentum, & ſuper corpus miſticum, ad abſoluẽdum ab omnibus peccatis accipiant, vt ait Palud. in 4. diſt. 17. q. 3. art. 1. ad eos iure diuino pertinent omnia, quæ ſunt fori interioris, & pœnitẽtialis, niſi iure humano illa eis fuerint adempta, D. Anton. 3. part. tit. 7. cap. 11. neque in hoc eſt differentia inter Sacerdotes ſeculares, & regulares: quia omnibus in ea æqualis impartitur auctoritas, vt optime concludit Gratia. in cap. adijcimus. & cap. generaliter. §. ecce. 16. q. 1. Vnde infertur, caſum non dici reſeruatum, eo quod non concedatur poteſtas abſoluendi ab eo; ſed quia tollitur, & minuitur eis, qui eam actu, vel habitu habet. Proinde Concilium Trident. Cano. 11. ſeſſio. 14. definiuit hæreſim eſſe dicere, non poſſe Epiſcopum in foro interiori ſibi aliquem caſum reſeruare.

Quot autem, & qui ſint caſus Papæ reſeruati, itẽ & Epiſcopis de iure, vel conſuetudine: & quod Epiſcopi, & alij inferiores prælati, etiam regulares poſſint ſibi caſus reſeruare, vide Sylueſt. in ſumma verb. caſus. & Nauarr. in Manua. cap. 27. nu. 16. quod Prælatis regularibus, etiam ſpeciali priuilegio competit Alexandri iiij. Compend. Minorum verbo abſolutio quo ad fratres. §. 13.

CAVSAE ORDINIS

§. 1.

Dubia, quæcumque, altercationes, diſſentiones,

nes, & contentiones Monachorum, ac Religioſarum perſonarũ vtriuſque ſexus, Generali Reformatori, & definitoribus in Capitulo electis, vel perſonis ad hoc ab eis ſpecialiter deputatis, & cõſtitutis pacificare, componere, & tractare, eaque audire, & etiã per definitiuas & alias ſententias terminare, & definire, easdemque ſentẽtias obſeruare facere, auctoritate Apoſtolica competit. Eugen. iiij. priuiſ. & omn.

§. 2.

Quod ſi contra Prælatum aliquem, vel aliam perſonam Cõgregationis, quomodolibet ciuiliter, vel criminaliter agi cõtigerit, per ſuperiorem eius, ſecundũ conſuetudines, & ſtatuta Ordinis, iuris communis apicibus, dilationibus; ac terminis litium omiſſis procedẽdum eſſe ordinauit Iulius ij. priuil. 31. fol. 74. Cõgrega. Mõtisoliueti, & Caſſinẽ. ſeu S. Iuſtinæ priuil. 51, fol. 194. & Leo x. Camand. num. 22.

§. 3.

Cauſas verò omnes cum quibuſuis perſonis, & ante quoſcumque Iudices mouendas, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, &. figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta determinari debere voluit Nicolaus v. in confirmationem litterarum Eugenij ſui prædeceſſoris ſub dat. Romæ apud S. Petrum 3. Kl. Martij 1447. Pontificat. anno i. in fauorẽ Abbatis, & Cõuẽtus S. Pauli, Or

ij, Ordinis S. Benedicti extra mœnia Vrbis.

Ad interpretationem huius priuilegij, vide in ſimili clem. ſæpe contingit, & ibi gloſſa, & Doctores, de verb. ſignificatio.

§. 4.

Et ne ius Monaſteriorum depereat, cautum eſt, vt teſtimonia Prælatorum, & Monachorũ, necnon conuerſorum, commiſſorum, & nouitiorum huius Congregationis, in eorũ cauſis tã ciuilibus, quàm criminalibus in iudicio, & extra rata ſint, & legitima. Vrban. iij. priuil. 8. Ciſtercien. & Iul. ij. Cong. Montisoliueti, & ex S. Iuſtina priuil. 31. fol. 83. & Eugen. iiij. priuil. 52. num. 204.

§. 5.

Verùm Monachi extra Ciuitates, & diœceſes, in quibus Monaſteria noſtra ſita sũt; etiam virtute litterarũ Apoſtolicarum trahi non poſsũt, niſi de indulto huiuſmodi de verbo ad verbum mentionem fecerint, Clemens iiij. Carthuſ. num. 93. vide verb. læſiones. & verb. reſtitutio. & verb. teſtimonia.

Licèt extrahi non poſſint; ſi tamen aliunde extrahant, ibidem reconueniri poſſunt, iuxta notata per Abbat. in cap. prudentiam, num. 9. de mutu. petit.

diui-

Diuinorum.

§. 1.

Miſſas, & alia diuina Officia in grãgijs Monaſteriorum celebrare, & celebrari facere poſſumus, ibidemque collonos, vaſſallos, & ſubditos, in eiſdem exiſtẽtes admittere, ipſiſq. Sacramenta, etiam pænitentiæ, vbi parochiales Eccleſiæ non fuerint, miniſtrare. Alex. iiij. priuil. 28. Ciſtercien. & Alex. vj. priuil. 16. n. 5. & 6.

Quid obſtare dicatur Concilium Triden. facultati de celebrando extra Monaſteria, vide ſupra verb. altaria. §. 3.

§. 2.

Quomodo autem Generalis ordinare poſſit, quæ ad celebrationẽ diuinorum, & ad Miſſas in Ordine decantandas pertinent, ex facultate Eugenij iiij. vide ĩ definitionibus Ordinis.

§. 3.

Quomodo item Monachi tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis officia diuina celebrare poſſint, vide verb. interdictum.

§. 4.

Verumtamen nec miſſę, nec alia diuina officia celebrari, nec ordines conferri, nec proceſſiones conuocari poſſunt in eccleſijs Monaſteriorum eorum Abbatibus inuitis. Leo x. Congregatio. Camand. nu. 46. & Congreg. Celeſtino.

no,n.31.& 32.& vide infra verb. exemptio.§.9.

CENSVRAE ECLESIAST.

§.1.

Quibus caſibus à cenſuris quomodocumq; incurſis Generalis Reformator, Abbates, & Ordinis Confeſſores abſoluere poſſint, tam ipſas eiuſdem Ordinis perſonas, quam quaſcumque alias ſeculares vide verbo abſolutio 1. & 2.

§.2.

Nullus ex Abbatibus, Prioribus, Monachis, Conuerſis, profeſſis, nouitijs, oblatis, donatis, commiſſis, ſeruitoribus, familiaribus, & Cōfratribus vtriuſque ſexus Monaſteriorū huius obſeruantiæ excommunicatum a iure, vel ab homine, generaliter, vel ſpecialiter vitare, vel à Miſſa, & alijs diuinis officijs audiendis, vel etiam à receptione, vel collatione Sacramētorum expellere tenentur. Eugen. iiij. priuil. 13.num. 5. niſi nominatim, & publicè denūciati à clero, & populo euitentur. idem Eugenius Minorib. vt eorum Compend. verb. excōmunicatio 4. & Congregatio. Montisoliueti, ex S. Iuſtina priuil. 49. fol.182.& priuil.50.fol.191.

Hoc priuilegium factum eſt ius commune poſt emanationem extrauag. Martini v. ad euitanda. renouatæ à Concilio Latera. vlt. § 111. cuius tenorem refert poſt alios Nauarr. in Manua. cap. 27. num. 35.

Quan-

Quando, & quibus caſibus ceſſandum ſit à diuinis habes verbo interdictum.

De ceſſatione à diuinis tractat late Silueſter in ſumma eod. verb. An autem idem ſit, quod interdictum, Nauarrus in Manuali cap. 27. nu. 188. tenet contra Silueſt. vbi ſupra q. 1. quòd non de interdicto, & ceſſatione generalibus, & meritò: quia Silueſter fatetur, quòd celebrās in eccleſia tempore ceſſationis generalis non fit irregularis; quia id iure non cauetur arg. cap. is, qui. de ſenten. excommuni. lib. 6. ſecus tamen dicendum eſt de celebrante tempore interdicti; licèt quoad regulares parificentur per clem. 1. de ſenten. excommun.

COLLEGIA ORDINIS.

§. 1.

Generali Reformatori, & Capitulo Generali Congregationis in quibuſcumq; academijs, & ſtudiorum generalium vniuerſitatibus collegia quædam, ſiue loca honeſta ſuæ correctioni, & viſitationi reſeruata, ad quæ Monachi, & alij religioſi ſuorum monaſteriorum ſtudendi gratia tranſmittantur conſtituendi, & deputandi facultatem conceſsit Alexander vj. vt priuil. 16. nu. 2. in quibus tranſmiſsi, & non alibi commorari tenentur. Eugenius iiij. priuil 10. num. 11.

§. 2.

Quę quidem ſimul atq. conſtructa, & dotata fue-

ta fuerint, auctoritate Apoſtolica erecta cenſen tur. Paul. iij. Societ. Ieſu, vt illius Cōpend. verb. bona. §. 1. & 2.

§. 3.

Eiſdemque aliquos fructus, ſeu reditus annuos, vel etiam bona immobilia monaſteriorum eorumdem pro ſuſtentatione inibi degentium prout ſibi melius videbitur aſſignandi, & alia oportuna in illorum fauorem faciendi, idē Alex. vj. d. priuil. 16. num. 3.

§. 4.

Cæterum qui liberales artes, & Theologiam in prædictis, & alijs noſtris Collegijs docebunt, etiam in locis vbi ſunt vniuerſitates, lectiones ſuas publice legere poſſunt: dum tamen cum lectoribus vniuerſitatum tam mane, quàm ſero per vnam horam non concurrant. Gregor. xiij. Societati Ieſu, illius Compend. verb. ſcholæ, §. 1.

§. 5.

Eorumdemque prælectionibus ſcholaſticis omnibus intereſſe licet, & literarum exercitationes inibi frequentari. Pius V. eidem vbi ſupra. §. 2. diſtrictius inhibendo quibuſuis vniuerſitatum Rectoribus, & alijs quibuſcumque ſub excommunicationis infligenda pœna, ne Collegiorum noſtrorum Rectores, aut ſcholares in præmiſſis quouis modo, vel quæſito colore moleſtare audeant.

COLLONI, ET CONTINVI

Commenſales.

§. 1.

Vide verbo abſolutio. diſpenſatio, commutatio, interdictum, & vota.

§. 2.

Colloni, mercenarij, ſeruitores, familiares Monaſteriorum Congregationis quando proprias parochias non inhabitant, nec ſacramenta in illis percipiunt, decimas perſonales eiſdem ſoluere non tenentur. Eugen. iiij. priuil. 12 nu. 1. cenſuraſq; & pænas illarum occaſione cõtra huiuſmodi latas nullas eſſe ſtatuit.

COMMVNICATIO

Priuilegiorum.

§. 1.

Hæc noſtra Congregatio, omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs, libertatibus, immunitatibus, exceptionibus, indultis, ac gratijs, Ordini Ciſtercienſi, eiuſque profeſſoribus, ac quibuſuis alijs dicti Ordinis Monaſteriorum Monachis ſub quocunq; tenore verborum, & in quocunque caſu conceſſis, & quomodolibet cõcedendis plene vtitur, & gaudet. Marti. v. priuil. 1. & Eugenius iiij. priuil. 4.

§. 2.

Necnon in vim confirmationis, & extentionis S. D. N. Sixti V. ſub annulo Piſcatoris 25. Iulij 1586. Pontificatus anno II. conceditur omnibus, & ſingulis d. Congregationis Generali, Monaſterijs, eorumq; Abbatibus, Abbatiſſis, & alijs ſuperioribus, Conuentibus, Religioſis, nouitijs, conuerſis, familiaribus & cæteris vtriuſque ſexus perſonis præſentibus, & futuris, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prerogatiuis, fauoribus, declarationibus, facultatib⁹, gratijs, conceſſionibus, indulgentijs, etiam plenarijs, & Indultis tam ſpiritualibus, quàm tẽporalibus S. Benedicti, & quibuſuis alijs Ordinibus, ac eorum etiam Ciſtercienſis Ordinis Congregationibus per vniuerſum orbem conſtitutis, earumque monaſterijs, locis, generalibus, definitoribus, Abbatibus, Abbatiſſis, ſuperioribus, conuentibus, monachis, monialibus, religioſis, nouitijs, conuerſis, familiaribus, ac alijs vtriuſq; ſexus perſonis in genere, vel in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, & viuę vocis oraculo, ac etiã per modum communicationis, & extentionis, etiam Motu proprio, certa ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, vel aliàs quomodolibet, tã per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, & ſedẽ Apoſtolicã, quã per Imperatores, Reges, ac principes alios ſub quacumquæ forma, & expreſſione verborum conceſsis, & itera-

tis

tis vicibus approbatis, & confirmatis hactenus, ac concedendis, approbandis, ac confirmandis in futurum, etiamſi talia forent, quæ ſpecialem ipſorum requirerent mentionem, vti, potiri, & gaudere, tam coniunctim quàm diuiſim, ac inuicem nõ ſolum ad eorum inſtar, ſed ęque principaliter, & pariformiter in omnibus & per omnia, ac ſi illis, & eorum cuilibet principaliter ac expreſſe, & huic noſtræ Congregationi conceſſa fuiſſent auctoritate apoſtolica poſſint, pro vt Gregorius XIII. Congregationi Portugalliæ ſub annulo Piſcatoris 23. Iulij 1580. Pontificatus anno 9. conceſſerat.

§. 3.

Cuius cõmunicationis, & extẽtionis intuitu hęc noſtra Congregatio, eiuſque Monaſteria, & vtriuſque ſexus perſonę, omnibus priuilegijs, indultis, indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus potiuntur, & gaudent quibuſuis alijs Ordinibus, etiam per viam extenſionis, vel communicationis, aut viuę vocis oraculo conceſſis, & cõcedendis, pro vt etiam Ordo Societatis Ieſu à Pio V. obtinuit, de quo eius Cõpend. verb. communicatio. §. 2.

§. 4.

Omniaque priuilegia cuiuſuis alterius Congregationis monaſterijs particulariter conceſſa & adaptabilia quibuſuis alijs ſunt communia. Iulij. ij. Congreg. Montis oliuet. priuil. 31. fol. 72. & Congregat. ſancti Benedicti Hiſpaniæ

Eugenius iiij. num. 72. & Leo x. num. 74. illius Compend.

§. 5.

Porrò cum ſuperiores Regulares ſint domini quarumcumque actionum ſuorum ſubditorum Regulariũ ex eorũ voluntaria obedientia, iuri diuino, & humano eccleſiaſtico ſatis conſonum videtur, vt eorum orationes, ieiunia, vigiliæ, & diſciplinę poſſint per eoſdem ſuperiores alijs Chriſtifidelibus non ſolum quoad ſatisfactionem, ſed etiam quoad impetrationem cõmunicari. Quod etiã a ſummis Pontificibus eiſdẽ priuilegio conceſſum eſt, vt ab Vrbano v. Generalibus quidem totius Ordinis; Abbatibus verò ſuorum Monaſteriorum ſuffragia indulgentiarum, orationum, & beneficiorum ſpiritualium procuratoribus, alijſque perſonis deuotis, & benefactoribus communicãdi. Monumen. Minorum fol. 261. conceſſio. 67.

Fuit etiam opinio S. Thomæ communiter recep. in 4. diſtin. 20. art. 5. quam refert, ampliando, & limitando Nauarrus in Comment. de indulgen. notab. 31. nu. 18. Quid autem referat inter hanc communicationem, & indulgentiam vide eundem in Miſcell. 11. de pſalt. & Roſar. nu. 5.

§. 6.

Proinde omnium ieiuniorum, ac aliorum quorum-

quorumcumque ſpiritualium bonorum,& piorum operum, quæ in omnibus Religionibus,ac vbicumque in toto orbe pro tempore fiunt, participes ſunt omnes Monachi, & perſonæ huius Congregationis per communicationes cum alijs Religionibus, & Ordinibus, vt Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 7.

§. 7.

Hæc autem noſtra Congregatio, illius loca, & perſonæ vltra præfatam Sixti V. extentionem per priuilegium conceſſum à Pio V. Ordini Societatis Ieſu, vt illius Compend. eod. verb. §. 2. & 3. gaudet etiam omnibus priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, & indultis, indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus, ac gratijs tam ſpiritualibus, quam tẽporalibus, etiam per modum extentionis, communicationis, aut aliàs conceſſis & concedendis quibuſuis Ordinibus fratrum, & ſororum Mendicantium, illorumque Cõgregationibus, Capitulis, monaſterijs, domibus, eccleſijs, hoſpitalibus, & pijs locis, ac vtriuſq; ſexus perſonis, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, ac æque principaliter.

Quæ communicatio ad ea quoque extenditur; quæ viuę vocis oraculo quomodolibet a quibuſuis Ordinibus, & eorum Monaſterijs im petrata reperiuntur. Iulius ij. Auguſtinia-

nis, vt ſupplemento Minorum fol. 95. conceſſio. 309. & Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §.6.

COMMVTATIO.

§.1.

Nicolaus Nuncius Apoſtolicus cum poteſtate de latere a Sixto IIII. 1573. Pontificatus 5. Valliſoleti conceſſit Congregationi S. Benedicti, vt poſſet recipere legata perpetuis Cappellanis relicta, illaque ſine tali onere communicando legantibus participationem ſpiritualium bonorum in illius monaſteriis faciendorum retinere, vt illius Compend. nu. 64.

§.2.

Quod ipſum conceſſit Alexand. vj. monaſterio B. Mariæ Montiſſerrati anno 1493. die prima Auguſti, Pontifica. 3. dummodo Monachi in qualibet ſeptimana commemorationem pro defunctis, & ſingulis menſibus vnum anniuerſarium ſolenne, & miſſas quotidianas pro benefactoribus faciant, eoſq; recipiant ad participationem omnium miſſarum, & ſpiritualium bonorum, quę vbilibet per Ordinem fierent. quod Iuliu. ij. declarauit, vt etiam facere ſatis poſſint dicendo alias miſſas intercedendo pro benefactoribus, ſecundum conſuetudinem Congregationis. Romæ 13. kal. April. 1504. Pontific. 1.

§.3.

Quinetiam legata, donationes, conceſſiones eleemoſynas Cōgregationi factas, & faciendas acceptare, & per Capitulum Generale ſeu Viſitatores Ordinis pro ſingulis monaſter'js, vel eorum aliquot diſtribuere, vel in alios vſus commutare poſſe conceſſit Eugenius iiij. Congregat. S. Iuſtitiæ Romæ anno 1431. pontificat. 1. vt Compend. Congrega. S. Benedicti Hiſpaniæ. num. 1.

§.4.

Legata quoque monaſterijs, collegijs, & alijs locis Regularibus huius noſtræ Congregationis, poſſunt per ipſos Abbates, Rectores, ſeu Præſidentes in alium neceſſarium vſum commutari, abſque tamen ſcandalo illorum, à quibus legatorum ſolutio fieri debet. quod Leo x. extendit ad donata à viuentibus ceſſante ſcandalo, vt Compend. Minorum verbo commutare. §. 2. & Sixtus iiij. §. 1.

Quibus autem caſibus votum commutari, & a quibus poſſit vide verb. vota commutare.

CONCILIVM TRIDEN.

Caſus, in quibus ſacroſancta Tridētina ſynodus regulares, priuilegijs eorum non obſtantibus, epiſcopis ſubiecit, cap. 2. de refor. ſeſſio. 5. quòd Regulares, etiam cum ſuperiorum ſuorum licentia, & approbatione, etiā in eccleſijs

ſuorum

ſuorum Ordinũ prædicationis munus nõ exordiantur, niſi prius per ſe ipſos benedictionem Epiſcopi loci, in alijs verò Eccleſijs præter prædictã etiam licentiam eiuſdem impetrauerint.

Cap. 3. de reform. ſeſſio. 6. quòd Regulares extra monaſteria delinquentes ab ordinario loci tamquam ſedis Apoſtolicæ delegato ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & caſtigari poſſint.

Cap. 7. de reform. ſeſſio. 7. quòd beneficia curata monaſterijs perpetuo vnita annis ſingulis a loci ordinario viſitari debent, & per ipſum prouideri, prout ipſi melius videbitur; vt ibidem animarum cura laudabiliter exerceatur.

Capitul. 14. ibidem, quòd in ciuilibus cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum extra monaſteria degentes coram ordinario conueniantur, & innouatur cap. 1. de priuil. lib. 6.

Cap. 12. de reform. ſeſſio. 23. habetur, quòd Regulares ſine diligenti epiſcopi examine non ordinentur. cap. 15. nec etiam cõfeſſiones audiant. & cap. 16. quòd abſque commẽdatitijs ordinarij ad celebrationem diuinorum non admittantur.

Cap. 1. de refor. matrimo. ſeſſ. 24. quod nullus Regularis alterius parochiæ ſponſos ſine illorum parochi licentia matrimonio coniungat.

gat, aut benedicat cap. 2. de reform. ibid. Regulares, qui Capitulis generalibus non ſubduntur etiam exempti ratione parochialium, quibus præſunt, ad diœceſanas ſynodos, quotannis accedere tenentur. & cap. 4. in eccleſijs etiam ſuorum Ordinum contradicente epiſcopo prędicare non poſſunt.

Cap. 4. ſeſſ. 25. de regularib. quòd regularis, qui ſine licentia, & mandato ſui ſuperioris in ſcriptis obtento extra monaſterium repertus fuerit, tamquã deſertor ſui inſtituti ab ordinario puniri poſſit. & cap. 5. in Monialium monaſterijs, etiam ſibi non ſubditis ordinarius clauſuram, vbi violata fuerit, inſtaurare procurat appellatione poſtpoſita. & cap. 11. Monaſteria, vbi imminet animarum cura, viſitat epiſcopus. & cap. 12. cenſuras Eccleſiaſticas ab apoſtolica Sede, vel ab ordinario emanatas mandante epiſcopo à regularibus in eorum eccleſijs publicari, & ſeruari debent. Et cap. 13. Regulares ab epiſcopis ad proceſſiones ire compelli poſſunt. Et cap. 14. intra clauſtra delinquens, ſi negligens ſit prelatus in illum animaduertere, ab epiſcopo puniri poteſt. Alia loca ſimilia, quæ forte hic non referuntur, poterit quiſque ſua diligentia perquirere.

CONFESSORES, ET *Confeßionale.*

§. 1.

Confeſſarij huius congregationis in dupli-ci ſunt differentia; aut enim ad confeſſiones monachorum audiendas, prout in eius defi-nitionibus cauetur, ſolum deputati ſunt, illiſque, & non alijs monachis confiteri licet, & aliter facta confeſſio nulla eſt, & iteranda, vt ver bo bulla Cruciata. dictum fuit, & de horum Cō feſſorum facultate, & auctoritate, ſiue ad quæ ſe extendat, vide ſupra verb. abſolutio quoad mo-nachos, & verb. diſpenſatio.

Aut ex forma Concilij Trident. approbati, qui intra, & extra propria Monaſteria omnium Chriſtifidelium confeſſiones ſine licentia pro-prij ſacerdotis, ſeu parochi audire poſſunt. A quibus autem abſoluere poſſint, & ad quę illo-rum poteſtas extendatur vide ſupra verb. abſo lutio quoad ſeculares. & verb. diſpenſatio. & verb. vota. & Compend. Societat. Ieſu hoc verb. §. 1.

§. 2.

Monialium autem cōfeſſores deputat Capi-tulum generale, ſeu immediate earum ſuperio res, quibus, & non alijs ipſis monialibus, ſicut de monachis dictum eſt, confiteri licet. Euge-nius iiij. priuil. 8. nu. 13. de quorum facultate idem

idem dic, quod de monachorum Cõfeſſoribus, & uide verb. Moniales. §. 2.

§. 3.

Itaque vnuſquiſque monachus confiteri debet ſuo prælato, vel alij de illius licentia, aut deſignato Confeſſori, qui Conuentualis dicitur, quod ab antiquo ita huic Ordini indultũ fuit, vt priuileg. 29. nu. 1. Ciſtercien. & Gregor. xij. Congregat. Montis oliuet. priuil. 12. fol. 25. & Celeſtin. v. priuil. ſuo nu. 51. & Compend. Minorum hoc verb. §. 6. & Prædicato. Alex. iiij. vt eorum priuil. lib. fol. 33. D.

§. 4.

Siquis ergo monachus, vel monialis quodcunque confeſſionale impetrare, aut eo abſque ſuperioris licentia vti præſumpſerit, eo ipſo impetratis caret, ac pœnis conſtitutionum, & definitionum inhabilitatis ſcilicet, & ſuſpenſionis ſubijcitur, a quibus a nullo alio, quàm a ſummo Pontifice diſpenſari poteſt, Clem. vij. Congregatio. S. Georgij de Alga, vt refertur Compend. Societ. Ieſu verbo Confeſſionale.

§. 5.

Itinerantes tamen monachi, ſeu extra monaſteria Ordinis exiſtẽtes de licentia ſuperioris cuicunque regulari, ſeu ſeculari ſacerdoti confiteri poſſunt. Sixtus iiij. Compend. Minorum verb. abſolutio quoad fratres. §. 26. & Innocen. viij. Prædicatorib. vt eorum priuil. lib. fol. 101. E. qui eo caſu à quocunque crimine quomodo-

cumque crimine quomodocunque reſeruato; ſicut confeſſores Ordinis eos abſoluere, & cum eiſdem diſpenſare poteſt, prout ſupra verbo abſolutio quoad monachos dictum eſt.

§. 6.

Confeſſores verò monaſteriorum, (iure parochiæ ſaluo) poſſunt omnium ex illorum familia tam laicorum, quàm regularium, etiam extra ſepta monaſteriorum commorantium confeſſiones audire, abſoluere, ac illis eccleſiaſtica ſacramenta conferre. Martin. V. Congregati. S. Benedicti Hiſpaniæ, Romæ 17. Kal. Iulij, Pontif. ann. 6.

§. 7.

Nullus tamen huiuſmodi Confeſſoris officiũ tam quorumcumq; dominorum ſecularium, quàm vtriuſque ſexus regularium, etiam apoſtolica auctoritate deputatus ſine ſuperioris ſui licentia aſſumere, nec exercere poteſt. Innocent. viij. Minorib. vt eorum Compend. hoc verb. §. 5.

§. 8.

Niſi in terris infidelium, vbi quilibet huius noſtræ Congregationis Monachus ſacerdos poteſt quoſcunque, etiam per apoſtaſiam, ſchiſma, aut hæreſim a fide alienos, & inter infideles habitantes per gratiam ſalutaris pœnitentiæ abſoluere, & Eccleſiæ Romanæ, ſi ad

eius obedientiam redire voluerint, reconciliare. Gregorius ix. Compend. Minorum hoc verb. §. 9.

Quas autem indulgentias quibus concedere poſſunt viſite §. 9. indulgentias.

Poſſunt etiam noſtri Confeſſarij, licèt nullo litterarum gradu ſint inſigniti, aperire litteras ſacræ Penitentiariæ Magiſtris in Theologia, vel in iure canonico Doctoribus deſtinatas, & auditis confeſſionibus ad eos recurrentium, impoſitaque penitentia in litteris expreſſa, vel de iure imponenda eos abſoluere, ac in foro conſcientiæ, quaſcumque ſibi verbo, vel ſcripto commiſſas abſolutiones, diſpenſationes, & penitentiarum iniunctiones excipere, & exequi. Gregorius xiij. Societ. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 3.

§. 10.

Quamuis autem aliquibus Ordinum Religioſis per litteras apoſtolicas conceſſa ſit facultas generaliter confeſſiones audiendi: non tamen per eam poſſunt noſtrorum audire. Innocent. iiij. Prædicatoribus, vt Monumen. Minorum fol. 72. conceſſ. 186. & totum Supplem. fol. 115.

§. 11.

Poſſunt præterea noſtri confeſſarij ſine præiuditio tertij noſtris quælibet iuramenta relaxare. Clemens vij. Confraternitati Hoſpitalis imaginis Saluatoris S. Io. Lateranen. vt Cōp.

So-

Societatis Ieſu hoc verb. §. 6. vide verb. vota. §. 1.

§. 12.

Quas autem indulgentias, quibus, & quando concedere poſſunt vide verb. indulgentia.

Aduertendum, quod ſacroſancti Tridentini Concil. decreto cap. 15. de refor. ſeſſio. 23. cauetur, ne vllus etiam Regularis poſſit confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum audire, niſi ab epiſcopis per examen, aut alias idoneus iudicetur: ſi tamen ſemel examinatus, & approbatus fuerit, ſemper approbatus intelligitur; ita vt nec eiuſd. Epiſcopi, nec etiam ſucceſſoris approbatione indigeat, per textum in hoc expreſſum in clem. dudum §. & ſi ijdem. vbi Car. q. 1. de ſepult. & Nauar. in Manual. cap. 27. num. 266. prout etiam alias fuit declaratum.

CONFIRMATIO *priuilegiorum.*

§. 1.

Omnia, & ſingula priuilegia, indulta, & indulgentias, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, noſtræ Congregationi, illius ſuperioribus, & perſonis, tam in genere, quam in ſpecie per quoſcunque Romanos Pontifices quomodolibet conceſſa indiſtinctè confirmauit Pius iiij. 14. Iunij 1563. Pontif. 1.

§. 2.

§. 2.

Quod ipſum fecit S. D. N. Sixtus V. anno 1586. die 25. Iulij ſub anulo Piſcatoris, Pontifica. 2. quatenus ſint in vſu, & Concilij Tridentini decretis non aduerſentur, cum extenſione, & communicatione quorumcumque quomodolibet quibuſuis alijs Ordinibus cōceſſorum, & concedendorum, vt ſupra verbo communicatio. §. 2.

§. 3.

Priuilegia verò antiqua totius Ordinis Ciſtercien. confirmata fuerunt a fœli. recor. Gregorio xiij. anno 1588. & ab eod. S. D. N. Sixto V. anno 1586. in forma breuis, quatenus ſint in vſu, & prędictis decretis Concili non aduerſentur.

CONGREGATIO.

Huius noſtræ Congregationis monaſterja erecta, & erigenda, aggragata, & aggreganda, eorumque Monachi in quocumque illorũ pro tempore ſub obedientia manentes, & commorantes vnum tantum corpus, & vna congregatio regularis obſeruantiæ nuncupata eſſe cenſentur. Martinus V. priuil. 1. Leo X. Congragatio. Camand. nu. 12. & Iulius ij. Congreg. Montis oliueti priuil. 31. fol. 72.

CONSECRARE ECCLESIAS.

A quocumque catholico Antiſtite poſſumus

nos conſecrari facere eccleſias, altaria, cœmeteria, calices, & ornamenta, & omnes alios actus epiſcopales exerceri in locis, & quoad perſonas huius Congregationis, iuxta tamen formam Concilij Trident. de quo vide verb. altaria. verbo benedicere. & verbo eccleſiæ monaſteriorum.

CONSERVATORES.

§. 1.

Quicumque Iudices, Apoſtolici, ſeu litterarum Apoſtolicarum Conſeruatores pro earum executione deputati, ſeu deputandi in quibuſcumque Ordinis cauſis, etiam ſine ordinariorum, ſeu aliorum quorumcumque prælatorum conſenſu, quoties requiſiti fuerint, eaſdem exequi poſſunt, & tenētur: nec ab ipſis diocеſanis, & ordinarijs aliquo modo ſub priuationis exercitij, officij, & iuriſdictionis pœna ipſo facto incurrenda impediri poſſunt, & quidquid ſecus attentatum fuerit irritum eſt, & inane. Martinus V. priuil. 76. Ciſtercien.

§. 2.

Quinimo vniuerſæ, & ſingulę perſonæ, quibus cauſæ eccleſiaſticæ de iure committi, & delegari poſſunt, quæ pro parte Generalis, monachorum, ſeu monaſteriorum Congregationis ad exequendas litteras conſeruatoriarum

ciuſdem

eiuſdem contra inferentes eiſdem moleſtias, grauamina, ſiue iniurias, requiſitæ fuerint, tenetur illas acceptare, & exequutioni mandare, nomaliter quàm ſi ſpecialiter a principio eiſdẽ directæ fuiſſent, & facere, vt ijdem monachi, & monaſteria efficacis defenſionis præſidio iniuriarum, & damnorum compenſatione, facta priuilegijs pacifice gaudeant, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Leo X. Congregatio. Camand. nu. 85.

Et contra quoſcumque etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, aut alia quacumque mundana dignitate, & exemptione munitos, etiam per cenſuras, & pœnas, vſque ad denunciationem, & aggrauationem, etiam cum auxilij brachij ſecularis inuocatione, appellatione poſtpoſita procedere, vt in Mari magno ſeruorum fol. 77. num. 39. & Eugenius iiij. Congregatio. Montis oliueti, priuil. 31. fol. 94. & Compend. Societa. Ieſu. hoc verb. §. 2. & 3.

§. 3.

Eiſdemque ſic electis, & nominatis in virtute ſanctæ obedietiæ præcipitur, vt illas litteras acceptare teneantur, nec quid contrafacere præſumant. Innocent. viij. Congregatio. S. Iuſtinæ Romæ. anno 1485. Pontifica. 2. vt Cõpend. S. Benedicti Hiſpaniæ num. 45.

§. 4.

Et licèt litteræ Conſeruatoriæ Ordinis ſuoſ habeant Iudices deſignatos; poteſt tamen noſtra Congregatio, & ſinguli eius perſonæ tam in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, & miſtis, ſiue actores ſint, ſiue rei, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates, nec non alias perſonas in dignitate conſtitutas, Canonicos etiam metropolitanarum, vel cathedraliũ eccleſiarum, & vicarios Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in ſpiritualibus, eorumq; officiales generales vbilibet conſtitutos, contra quaſcumque Cõmunitates, & Collegia in ſuos conſeruatores, & iudices ordinarios aſſumere. Pius V. Societa. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 1. & quod vnus eorũ incœperit, alius finire poſſit ibidem. §. 7.

§. 5.

Quòd ſi quando Iudicibus, & Conſeruatoribus huiuſmodi ad loca, in quibus morari contigerit eos, qui monendi, inhibendi, vel citandi ſunt, tutus non pateat acceſſus, poſſunt hæc per ædicta publica efficere, monitiones, inhibitiones, & citationes alicubi affigendo, ita vt veriſimilis coniectura ſit, quòd ad ipſorum monendorum, citandorum, inhibendorum, notitiam valeant peruenire, Societa. Ieſu, illius Cõpend. hæc verb. §. 4. refertur.

§. 6.

Et poſſunt eiſdem detentoribus, iniuriatoribus

bus, cōtradictoribus, & rebellibus ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniarijs illorū arbitrio moderandis inhibere, liberque ſuam iuriſdictionem exercere, non obſtantibus quibuſcunq; inhibitionibus ſibi factis, etiam prætextu quarū uis litterarum conſeruatoriarum, aut priuilegiorum conceſſorum, vel concedendorum. ibid. §. 5.

§. 7.

Nec non eccleſiaſtico ſubijcere interdicto loca, ad quæ prędictas perſonas declinare contigerit, & in quibus ſcienter ſtare permiſſæ fuerint. §. 6.

§. 8.

Quicumque verò in Conſeruatores per nos electi munus, ſiue officium huiuſmodi ſtatim acceptare, & plenariè exequi neglexerint, excōmunicationis, ſeu ſuſpenſionis latæ ſententiæ pœnam incurrunt, cuius abſolutio ſummo eſt Pontifici reſeruata, vt conſtat per bullam Pij V. Prædicatorū Ordini conceſſam 23. Septemb. 1571. Compend. Societa. Ieſu. §. 10.

§. 9.

Et eligi poſſunt per nos contra quaſcunque perſonas eccleſiaſticas tam regulares, quàm ſeculares, necnon laicos, communia ciuitatum, & diœceſum. Clemens VII. in priuilegis Minimis conceſſis, d. Compend. §. 9.

§. 10.

Conſeruatoribus autem quibuſcumque, &

alijs Iudicibus Apoſtolicis interdicitur, ne nos ſuper rebus noſtris perturbent, neue prætextu quarumcumq; litterarum coram ſe comparere compellant; prout Nicolaus V. cum clauſulis derogatoriarum derogatorijs, & alijs indulſit Carthuſiencib. & Congregatio. Montis oliueti ex S. Iuſtina priuil. 49. fol. 175. niſi de ſpeciali ſedis Apoſtolicæ commiſſione, quæ de indulto huiuſmodi, & Congregationis expreſſam mentionem faciat, aliàs irritũ eſt, & inane &c. Quod ſi forſan dicti Iudices aliquid etiam attentare contra prædicta præſumpſerint, & requiſiti intra tres dies deſiſtere neglexerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt.

§. 11.

Porrò huius noſtræ Congregationis Apoſtolici Conſeruatores poſſunt moleſtatores bonorum, & perſonarum, etiam ſi opus fuerit inuocato brachio ſeculari, tribus dietis lõge à propria diœceſi ad iudicium trahere. Non obſtantibus iuribus, & priuilegijs in contrarium faciẽtibus. Ioann. xxij. Carthuſien.

§. 12.

Qui tamen Conſeruatores ſic vt præmittitur, contra inferentes iniuriam eidem Congregationi deputati, de cauſis inter religioſos dicti Ordinis pro tempore motis cognoſcere, neque illorum appellationibus deferre ſub cenſuris, & pœnis in priuil. Innoc. viij Ciſtercien. 115. conceſſis, non poſſunt. vide verbo appellare.

§. 13. Quod

§. 13.

Quod ipſum per omnia indulſit Sixtus iiij. Minoribus, & alijs Mendicantium Ordinibus, vt Compend. Minorum hoc verbo. §. 1. & 2.

Notat ibi Collectarius, Religiones non eſſe aſtrictas ad certos, & determinatos Iudices Conſeruatores; ſed quod vno relicto alius illius loco aſſumi poteſt. Neque per decretum Concilij Trident. ſeſſio. 14. cap. 5. de refor. Conſeruatoriæ noſtræ ſublatæ eſſe cenſentur pro vt ex eodem Concilio clare conſtat.

CONSTITVTIONES, *ſeu Definitiones.*

§. 1.

Generalis Reformator, & Capitulũ generale huius Congregationis pro directione, ac ſubditorum animarum ſalute, ſtabilitateq; monaſteriorũ, aliis Regulæ ſubſtantialibus, quaſcumq; in ſpiritualibus, & tẽporalibus circa ipſam Regulam, & eius obſeruantiam occurrentes ambiguitates, obſcuritates, & dubia declarandi, dilucidandi, interpretandi, & diſpenſandi, ſtatutaque, & ordinationes, ſeu eiuſdẽ definitiones etiã interpretandi, modificãdi, dirigẽdi, & reformãdi, mutandi, variandi, tollendi, reuocãdi, caſſãdi, & alterãdi, necnon noua edendi, condendi, & faciendi plenam, & liberã auctoritate Apoſtolica facultatem, & poteſtatem habẽt, Martinus V. priuil. 1. num. 14. & Eugen. iiij. priuil. 7. nu. 14.

§. 2.

Cumq; reuocatũ eſſet in dubiũ, qualis mens, vel intentio fuiſſet B. P. Benedicti in Regula condenda, & ob id ſcrupuloſitates quampluriũ animis inſurgerent; ideo Eugenius iiij. d. Generali Reformatori conceſſit, vt cum conſilio Capituli poſſit liberè, & licitè interpretari, modificare, declarare, & exponere quæcumque eius dubia, ſeruatis tamen ſemper in omnibus recta conſcientia, & ſano intellectu, ne diſſolutio ex talibus inde ſequeretur. priuil. 10. nu. 21.

§. 3.

Necnon quæcumque ſtatuta, & ordinationes Congregationis (ſaluis illius Ordinis ſubſtantialibus) caſſandi, reuocandi, interpretandi, ac alia de nouo edẽdi, omniaq; & ſingula faciẽdi, quæ pro fœlici monaſteriorũ perſonarũ vtriuſque ſexus in capite, & membris ſucceſſu, ac diuini cultus incremento oportuna ſeu neceſſaria fore conſpexerit, priuil. 8. nu. 7.

§. 4.

Ita tamen, vt in his, quæ minora Regulæ cõcernunt, ſeruatis in omnibus ſubſtantia, & ſano intellectu, vnuſquiſque Abbas conuentualis cũ ſeniorum conſilio diſpenſare poſſit, priuil. 10. nu. 24. & Compend. Societat. Ieſu hoc verb. §. 2.

§. 5.

Quæ quidem conſtitutiones, & definitiones, ſimul ac cõditæ fuerint, & ordinatæ Apoſtolica auctoritate cõfirmatę ſunt, & eſſe cẽſentur. Paul.

iij. So-

iij. Societati Ieſu, vt illius Cōpēd. hoc verb. §.1. §.6.

In quibus tamē attendendū eſt, vt obſeruātiæ & vſus ordinis in oībus monaſterijs vniformes ſint, & cōcordes. Eug. iij. priu. 3. nu. 5. Ciſtercië.

Ex præfatis priuilegijs conſtat, quædam eſſe Regulæ, & quædam Ordinis ſubſtantialia. Regulæ ſubſtantialia ſunt tria vota, ad quę quiſque Religioſus ſubſtantialiter obligatur, S. Thom. 2.2. q. 186. artic. 6. & 7. Panorm. & communis in rubrica de regula. & cap. eccleſia. de conſtitutio. & de his non tractant priuilegia; ſed de minus ſubſtantialibus, & accidentalibus Regulę per quę veluti per gradus ad illius perfectionem intendere monachi debent, de quibus late tradit Nauar. in Commenta. 1. de Regularib. à nu. 9. & ſic procedit etiam priuilegium 10. num. 12. ſupra §. 2. relatum, vt ſcilicet Reformator Generalis cum Capituli conſilio poſſit, cum reuocatùr in dubium, qualis fuerit intentio S. P. Benedicti, interpretari &c. cum modificatione tamen, ſeruatis ſemper recta conſcientia, & ſano intellectu illius, ne ad diſſolutionem Regulæ deueniatur: in quo ſolùm agitur de interpretatione, & non de extenſione, ſeu ampliatione.

Ordinis autem ſubſtantialia ſunt ea, quibus vt talis reputatur, & ab alijs Ordinibus diſtinguitur, vt habitus, & ceremoniæ peculiares, quæ tamquam ſubſtantialia illius notabiliter mutari, caſſari, nec circa illa aliqua ſtatui, nec ordinari per præfata priuilegia poſūt, licèt id quo ad modū viuēdi, cōſuetudneſq; ip-

ſius

ſius Ordinis cōcedatur: quia aliàs per id Ordo ipſe ab-rogaretur, de quibus loquitur Eug. iiij. priuil. 8. nu. 7.

Cæterū licèt allegans cōſtitutionis, & legis ignorantiam regulariter ad eius probationem admittatur, iuxta Panor. in c. cognoſcētes. de conſt. nu. 9. vbi relatis varijs opinionibus ait arbitrariū eſſe pēſatis qualitatibus perſonæ, negotij, & alijs, quæ probatio ad id ſufficiat. pro quo facit opti. textus adiuncta gloß. in cap. innotuit. de electio. & cap. final. de iureiura. Fallit tamen in Regulari, quando prætenſa ignorantia eſt de his, quæ in Regula continentur: quia ſemper præſumitur ſcire, vt ait Domin in cap. eos. ſuper gloſ. ſcienter. de tempor. ordina.

CONTRACTVS, ET Conuentiones.

§. 1.

Cōtractus quoſcumq; alienationis, vēditionis, permutationis, ſeu locationis perpetuæ etiā emphyteuticariæ in euidentem monaſteriorū Congregationis vtilitatem Reformator Generalis auctoritate Apoſtolica fieri concedit, & factos confirmat, vt verb. alienatio dictum eſt. quod ſi læſio aliqua interuenerit vide verb. leſiones, & verb. reſtitutio.

§. 2.

Quomodo verò in vnionibus, & annexionibus quorumcumq; monaſteriorum, prioratuū, & aliorum locorum Regularium, ſiue beneficiorum eccleſiaſticorum huius noſtræ Congregationis procedatur vide verb. vniones.

CON-

§. 1.

Monachi totius Ordinis Ciſter. à iuriſdictione quorūcūq; Apoſtolicæ Sedis Legatorū, delegatorū, & Subdelegatorū, niſi ſpecifica, & expreſſa, & de verbo ad verbū mētio de Ordine, priuilegio, & perſonis huiuſmodi in eorū facultatib9 fiat, exempti ſunt, & eſſe cenſentur: atq; ideo ad vlla iudicia euocari, ſeu à quoquam moleſtari quouis modo non poſſunt, aliàs irritū, & inane decreuit quidquid &c. Gregorius ix. priuil. 16. & Innoc. iiij. Prædica. eorum priuil. lib. fol. 15. & Innoc. viij. priuil. 108. & ſeq. Ciſtercien. vide verbo exemptio. §. 2.

§. 2.

Quod etiā huic noſtræ Cōgregationi à Ioan. xxij. ex certa ſcientia in ſpecie conceſſum eſt, ne illius Abbates, Monachi, Capitula, & Conuentus monaſteriorum, ac perſonæ in illis degentes poſſint, neq; debeant quauis etiā Apoſtolicā auctoritate, ſeu litterarū Apoſtolicarū vigore plenā de his, & de nominibus, & cognominibus Ordinis perſonis, ac locis in ſpecie mētionē nō facientiū, niſi in Romana Curia, & corā ipſo Papa cōueniri. Congr. Mōtis olïueti priuil. 21. fol. 44.

§. 3.

Neq; ad vlla ſecularia iudicia, etiā pro monaſteriorum ſubſtantia vllatenus euocari, Eug. iij. priuil. 3. & Vrban. iij. priuil. 8. Ciſtercien. & Congregatio. Celeſtino. num. 29.

§. 4. Quin-

§. 4.

Quinimo non obſtante decretali Innocentij iiij. contra exemptos edita cap. 1. de priuileg. lib. 6. monachi Ciſtercienſes nec ex delicto, nec ex contractu corā ordinario conueniri poſſunt. Idem Innoc. iiij. Ciſter. priuil. 23. nec vllo modo contra ipſos excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententię promulgari, alias irritę ſunt, & inanes. Vrban. iiij. Ciſtercien. priuil. 35. quod tamen Innocen. iiij. niſi in cauſa fidei, vt ibid. priuil. 18. limitauerat.

§. 5.

Quod indulxerunt Minoribus idem Innoc. iiij. vt eorum Compend. hoc verb. §. 1. Clemens iiij. §. 2. Sixtus iiij. §. 4. cum decreto irritante quidquid ſecus factum, vel attētum fuerit, Clemens iiij. §. 3.

Quæ tamen non procedunt in caſibus Cōcilij Trid. cap. 3. de reformat ſeſſio. 6. & cap. 14. de reform. ſeſſ. 7. & cap. 4. & 14. de regula ſeſſ. 25.

CONVERSVS, COMMISSVS, *Donatus, & Oblatus.*

Iſti inter ſe differunt; nam conuerſi dicuntur, qui mutato habitu ſine ſpe aſcendendi ad ſacros ordines religionem aliquam profitentur, Couarruuias in cap. alma mater. in 2. parte relecti. § 2. nu. 8. & hi cum cæteris religioſis in monaſterijs vitam ducunt, religioſique

ſique & perſonæ eccleſiaſticæ cenſentur, vt ait Panor. in cap. tuarum. de priuil. per cap. non dubium. & cap. parochianos. de ſentent. excommu. Oblatus verò, cõmiſſus, & donatus eſt, qui ſe, ſuaque alicui monaſterio ita donat, vt mutato habitu, vel non intra, vel extra illud manendo religionem non profiteatur, qui ſi intra monaſterium manet propriè, ſi vero extra impropriè eccleſiaſtica perſona dicitur, iuxta gloſſam, & ibi Doctor. in cap. vt priuilegia. de priuil. Itaque ad hoc, vt quis oblatus, commiſſus, vel donatus dicatur, ſufficit, vt propriam perſonam, cum rerum ſuarũ proprietate deducto vſufructu alicui monaſterio donet ſine habitus mutatione, vel ſolam perſonam mutato habitu, licèt vtroque caſu extra monaſterium viuat iuxta Panor. in d. cap. vt priuilegia.

CORPORALIA.

§. 1.

Corporalia, pallas, & ſacra ornamenta monaſteriorum Ordinis, & Congregationis vtriuſque ſexus licet Abbatibus benedicere, & conſecrare, de quo vide verbo Abbas. & verb. benedicere. & verbo generalis.

§. 2.

Omnes verò noſtri, qui in eccleſijs monaſteriorum officio ſacriſtę funguntur, licèt ſacris ordinibus initiati non ſint, ſi modo primam tonſuram habeant, poſſunt debita cum reuerentia tangere calices, & corporalia, vt Compend. Societa. Ieſu. verb. ſacra. §. 1. laici verò poſsũt corporalia

poralia lauare, ibid. & Sixt. iiij. & Calixt. iij. Monum. Minor. fol. 65. conceſſ. 9.

CORRECTIO MONACHORVM coactiua.

§. 1.

Omnia, & quæcumque huius Congregationis Monaſteria, & eorum Monachi, in omnibus & ſingulis ſpiritualibus, & temporalibus pleno jure ſoli Reformatori Generali, & nulli alij regulati, vel ſeculari prælato, nec etiam generali Capitulo Ordinis Ciſtercienſis ſubijciuntur. Eugen. iiij. priuil. 4. nu. 6. & priuil. 6. nu. 8.

§. 2.

Et nõ obſtante cap. vniuerſitatis. de ſentent. excommu. prælati huius Congregationis cauſa correctionis perſe ipſos, vel per alios poſſunt percutere, verberare, ſeu diſciplinare quemcũque monachum ſibi ſubditum. Alex. vj. & Leo x. Compend. Minorum hoc verb. §. 12. & 13.

§. 3.

Et quamuis Monachi familiares, ſeu capellani Papæ, aut Cardinalium exiſtãt ſemper ſub obediãtia, & correctione ſuorum Generalium, Abbatum, & ſuperiorum remanent., nec ab ea ob id liberantur, Ioan. xxij. priuil. 64. Ciſterci. & Compend. Minorum hoc verb. §. 5.

§. 4.

Confeſſores quoque monialiũ, aut aliàs pro ſeruitio earumdẽ monaſteriorũ, vel in grangijs,

heremitorijs,aut quibuſuis alijs Ordinis locis à ſuperioribus ipſius Ordinis deputati, nō obſtātibus quibuſcunq; priuilegijs ipſis monaſterijs, & locis conceſſis,etiamſi de illis ſpecifica,& expreſſa mētio eſſet facienda,iuxta ſtatuta,& definitiones Ordinis viſitari, & puniri ab ipſo Generali,ſeu immediato prȩlato, ſicut alij Monachi poſſunt.Nicol.v. Cōpēd. Minorū hoc verb. §.9.& Inno.iiij.vt verb.monaſteria.§.2.& verb. Monachi.§. 2.& 3.& verb. torquere.

§. 5.

Poſſunt etiā Abbates,& omnes Ordinis prælati per ſe,vel alios quoſcumq; inſolētes Monachos, & qui id mereri videbuntur,excōmunicare, capere, & carceribus,alijſque ſuæ diſciplinæ pœnis ſubijcere, ac ad id ſi opus fuerit, auxiliū brachij ſæcularis inuocare. Paul. iij. Societati Ieſu,illius Compend.hoc verb.§. 2.

§. 6.

Necnō in correctionibus huiuſmodi, & punitionibus delinquētibus infligēdis poſtpoſitis iuris apicibus, iuxta conſuetudines, & inſtituta Ordinis approbata,debita tamē cū maturitate, ac deliberatione liberè procedere,Bonifac.viij. Monum.Minorum fol. 202. conceſſ. 499.

Quomodo procedere debeat Abbas in correctionibus, & punitionibus ſubditorū, notat Abbas in cap. cum contingat. num. 26. de foro compet.

§. 7.

Præterea nullus ex noſtris monachs, etiam

qua-

quarumcumque litterarum Apoſtolicarum vigore de iſtis expreſſam mentionem non facientium, niſi aliàs Ordinis honeſtati, & animarum ſaluti prȩlato ſuo expedire videbitur, poteſt ſeruitio, aut vicarij miniſterio, vel in ſocium Epiſcoporum, vel Archiepiſcoporum deputari: etſi à prælato ſuo ſupradictis functionibus aſcribetur illius correctionem, & ſuperioritatem non euadet, quin quacumq; contradictione non obſtante poteſt ab eodem ad ordinem, & monaſteria quandocumque reuocari. Alexand.iiij. & Clem.iiij. Compend Minorum hoc verb.§.2. & 3. ſeruitio Legatorum ſedis Apoſtolicæ deputatis exceptis, Innoc.iiij.ibid. §.1.

§. 8.

Nec appellare ab huiuſmodi correctionibus, & viſitationibus Regularibus vllo modo licet, nec illæ ob id retardandæ ſunt, vt verb.appellare.§.4. dictum eſt. Quomodo autem viſitatores in ipſo viſitationis actu procedere debeant, vide verb.generalis.& verb.viſitatores.

Concordant proximè dictis c. ad noſtrã. de appella. & cap. ea quæ. de ſtatu monacho. & Concilium Triden.cap. 10.de reform.ſeſſ.24. Cæterum Abbas, & alij Prælati exceſſus ſubditorum ſecundum Regulam, & illius inſtituta punire debent: vbi autem illa deſunt ad canonicas, & apoſtolicas ſanctiones illis recurrendum eſt, iuxta doctrinam Panor. in cap. reprehenſibilis.nu.11.de appella.per d. cap.ad noſtrã. eod.tit.

eod. tit. & cap. Abbates. 18. quaſt. 2. & tradit idem Panormit. in cap. cum contingat. num. 21. de foro compent. Quorum poteſtas hodie adeo per priuilegia ampliata eſt, quòd ad quæcumque crimina, hæreſis excepto, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, extenditur, vt verbo conueniri, & verbo exemptio, & verbo monachi dicitur. Ad quæ tamen punienda non odio, aut alio affectu prauo, ſed amore, & charitate moueri debent, cap. odio. 81. diſt. vt ſcilicet delinquens corrigatur, & alijs exemplo ſit, ne peccent, cap. prodeſt. 23. quaſt. 5. memores illius Concilij Trident. cap. 1. de reformat. ſeſſ. 13. ſe paſtores, non percuſſores eſſe, atque ita præeſſe ſubditis debere, vt non illis dominentur, ſed illos tamquam filios, & fratres diligant: quia prælati ſæuiendo, & immoderate puniendo incidunt in canno. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quaſt. 4. vt tradunt communiter doctores in cap. vniuerſitatis. de ſentent. excommu. & vide verb. eijcere, & expellere.

C R V C I A T A.

Vide ſupra verbo Bulla Cruciata.

D E C I M Æ R E A L E S, E T Perſonales.

§. 1.

Decimas, ſeu primitias de terris monaſteriorum

riorum Ordinis cultis, & incultis, de quibus nemo illas percipit, neque à monachis, neque à quibuſuis earũ cultoribus exigere, vel extorquere nemini licet. Bonifac. viij. Ciſtercien. priuil. 51. 15. Kal. Ianua. 1301. Pontific. 8.

§. 2.

Quin etiam omnes, & ſingulæ vtriuſque ſexus perſonæ Ordinis Ciſtercien. ac huius Congregationis, eorumque monaſteria præſentia, & futura vbilibet exiſtentia à præſtatione decimarum, tam de poſſeſſionibus habitis ante, & poſt Concilium generale, quàm de cętero habendis, & acquirendis, tam proprijs ſumptibus, quàm aliàs quomodocumque, & qualitercumque excultis, & excolendis, & etiam de illis, de quibus aliquis hactenus percepit, necnon de hortis, virgultis, & piſcationibus ſuis, nutrimẽtiſque ſuorũ animalium, pænitus exemptæ ſunt, dicto Concilio, & quibuſcumque alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis non obſtan. Iulius ij. ad inſtantiam Cõgregationis noſtræ, & Sixt. iiij. priuil. 18. num. 4. 6. kal. Octobris 1482. anno Pontif. 12. cum expreſſa derogatione Concilij Lateranenſis, & inter priuilegia Ciſtercien. priuil. 101. & Honor. iiij. priuil. 13. Vrban. iiij. priuil. 38. & Mart. v. priuil. 68. vt refertur ibid.

§. 3.

Necnon à quacumque pręſtatione de hortis, & prædijs monaſteriorum, & aliorum locorum

Con-

Congregationis, etiam pro papalibus ſubſidijs, charitatiuis, & alijs ordinarijs, & extraordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defenſione patriæ, etiam ad Imperatorũ, & aliorum principum inſtantiam impoſitis, cũ quibuſuis derogationibus, etiam dicti Concilij Lateranenſis, exempti ſumus, Gregor. xiij. Societati Ieſu illius Compend. verb. exemptio. §. 5. & Gregor. ij. Carthuſien. cum clauſulis derogatoriarum derogatoriis. Clem. vij. Benedic. xiij. & Martin. v. quoad decimam Cameræ Apoſtolicæ debitam, ex quo ad gabellas, talias, ſubſidia, etiã charitatiua, & quæcũq; alia onera realia, & perſonalia, etiam per Sed. Apoſt. indicta, conceſſa cõcedenda, niſi de hoc indulto, & certa ſcientia, & Congregatione de verbo ad verbum expreſſa mentione facta. Eugen. iiij. Congregat. S. Iuſtinæ priuil. 49. inter priuil. Montis olïueti. fol. 176.

§. 4.

Immo etiam de terris, & poſſeſſionibus domorum alijs ad colendũ traditis poſſumus percipere, & habere decimas, quas coloni ſoluere alijs tenerentur, etiam ſi aliæ eccleſiæ, vel perſonæ in poſſeſſione, vel quaſi eas à colonis exigendi fuerint. Ioan. xij. Carthuſien. fol. 22. litter. g. & h.

§. 5.

De terris autem, vineis, hortis, pratis, ſyluis, paſcuis, & poſſeſſionibus quibuſcumque vbili-

bet conſiſtentibus, quæ ex conceſſione ſummorum Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis adquiſita nobis ſunt, & acquirentur, quæque proprijs manibus, vel ſumptibus excolimus, etiamſi decimæ, primitiæ, vel alia quæuis quota fructuum excreſcentium ſolui conſueuerint, ac etiam de nutrimentis animalium noſtrorum, & de poſſeſſionibus, quas ſecularibus, eorumq; ſumptibus excolandas tradimus pro parte noſtra dutaxat, Rectoribus eccleſiarum infra quarũ limites illæ ſunt, ſiue quibuſuis alijs, ad quos ſpectare cõtigerit, quocũq; titulo hactenus ſint ſolutæ, ſoluere nõ tenemur. Innoc. vj. Carthuſiẽ. fol. 24. lit. h. & ſeq. & Clem. vij. fol. 29. lit. g. & h.

§ 6.

Eandem exemptionẽ habemus ex priuilegio Eugenij iiij. conceſſo Monialibus S. Claræ cum derogatione expreſſa d. Concilij Lateranenſis ſub Innoc. iiij. vt Monu. Minorũ fol. 40. cõceſſ. 45. & ex alijs plurimis Mendicantibus cõceſſis, vt Compend. Minorum verb. decimę. §. 3. & ſequen.

§. 7.

Verùm de his, quæ proprjs manibus, & ſumptibus Monachorum excolluntur, vltra ſupradicta priuilegia nobis ſunt alia à Leone x. Camand. conceſſa, vt nu. 54. & Celeſt. v. num. 19. & Eugen. iiij. Congregat. Mõtis oliuet. priuil. 31. fol. 85. Iul. ij. priuil. 25. fol. 55. & Bened. xii.

Con-

Congregat. S.Benedicti Hiſpan.vt illius Compend. num 6.

§. 8.

Quod verò ad familiares ſeruitores, mercenarios,paſtores,agricultores, collonos,& quoſcumque alios monaſteriorum Congregationis laboratores attinet, ſi aliàs propriam parochiã non inhabitauerint, neq; in ea ſacramenta perceperint, decimas aliquas perſonales de lucris ratione laborum ſuorum ab ipſis monaſterijs quomodolibet perceptis perſoluere nullatenus tenentur,cenſuræque,& pœnæ illarum occaſione contra ipſos quauis auctoritate latæ, & promulgatæ nullæ ſunt,& eſſe cenſentur,Euge. iiij. priuil. 12.

§. 9.

Quòd ſi prędictis,& alijs priuilegijs non obſtantibus decimas à Congregatione noſtra, vel etiam à toto Ciſtercienſi Ordine ex pacto, vel conſuetudine parochialibus, & earum Rectoribus promitti, & deberi contigerit, ſi parochiales,& Rectores præfati ſtatutis temporibus, vel aliàs in eas exigendo negligentes fuerint,ex tũc Abbates,& conuentus qui eas ſic debebunt abſolutionẽ ab earũ præſtatione quibuſcumq; nõ obſtantibus cõſequuti eſſe, nec à quoquã in poſterũ quauis auctoritate ad eas ſoluendas compelli poſſe cenſentur.Eugen.iiij priuil.12.nu.1.

Tametſi ſupradicta priuilegia quoad exemptionẽ

decimarum Religionibus conceſſa ampla ſint, & plus ſattis ſufficere videantur, cum ſpecificam, & expreſſam Concilij Lateranenſis cap. nupèr. de decim. derogationem contineant: Iudices tamen parochialibus nimium fauere volentes diuerſimode ea reſtringunt, & interpretantur, aſſerentes priuilegium Ciſtercien. licèt expreſſe, & generaliſſime de quibuſuis terris, quæ quomodocumque, & qualitercumque excoluntur loquatur (etiamſi ex eis aliqui perceperint) eſſe perſonale, & perſonas non egredi: ita quod reſoluatnr quando proprijs manibus, vel ſumptibus excoluatur, vel ſaltem, ſi per colonos, vel arrendatarios excolantur, quod tunc Monachi integram decimam percipere non poſſunt, nec etiam integra parocho ſolui: ſed quod ex communi aceruo prius detrahi debet reditus monaſterio ſoluendus, & ex reſiduo decima parocho ſolui, vt verba generalia aliquid operari videantur, niſi aliàs per 40. annos Monachi ex eis integram decimã percepiſſent: quia tunc priuilegium tribuiſſe dicitur titulum præſcriptioni, (quamuis dubium) ex doctrina Bal. in cap. licet cauſam. num. 13. de probatio niſi derogatum fuiſſe conſtet, idem Bald. in cap. cũ olim. de præſcrip. quod etiam ex diuerſis Rotæ deciſionibus, & communi iudiciorum ſtylo colligatur.

Alij verò dicũt, quod etſi priuilegiũ Gregorij xiij. Societati Ieſu conceſſum clarè loquatur, & d. c. nuper. expreſſe deroget, illud tamen non procedere in omnibus generaliter: vbi damnoſum nimis eſſe incipit iuxta text. cap. ſuggeſtum. de decimis, præſertim in fundis, & terris titulo emptionis adquiſitis, etiamſi

proprijs

proprÿs manibus excolantur. vnde meritò exclamare licet, Tui ſunt cęli, Domine, & tua terra, reſpice de cœlo, & viſita vineam iſtam, quam tibi fundaſti.

DECLARATIO PRIVILEGIORVM.

Quod ad priuilegiorum, & gratiarum declarationem pertinet, vide quæ dicuntur verb. Generalis. §. 16. & verb. priuilegia. §. 3. & conceſſorum pro aſſecuratione conſcientiæ ſubditorum vide verb. ſcupuli. §. 1. & 2. & ex Montis oliuet. Iul. ij. priuil. 31. & quòd data priuilegiorum ambiguitate in fauorem Congregationis interpretatio facienda ſit, cõceſſit Leo x. Congregat. Camãd. num. 10. & d. priuil. 31. Montis oliuet.

DEFINITORES.

Quot horum interuenire debeant Capitulò noſtro generali, deque illorum electione, & poteſtate, vide definitiones, & conſtitutiones Ordinis virtute priuilegiorũ factas, & ſupra verb. Capitulum.

DEFINITIONES ORDINIS.

De facultate definitiones, & conſtitutiones condẽdi, & qualiter illæ ſubditos Ordinis obligent vide verb. Capitulum, & ex Clemente iiij. priuil. 41. nu. 11. Ciſtercien. & ex Leo. x. nu. 16. Camand.

DISPENSATIO ORDINARIA, & extraord.

§. 1.

Generalis reformator huius Congregationis, & quibus ipſe commiſerit, diſpenſare poſſunt ſemel cum quibuſuis Abbatibus, monachis, nouitijs, cõuerſis, donatis, oblatis, & commiſſis præſentibus, & futuris ſuper omnibus inhabilitatibus, & irregularitatibus, non ſolum ſi qua cenſura ligati miſſas, & alia diuina officia celebrando, vel illis ſe immiſcendo, (nõ tamen in contemptum clauium) cõtraxerint, Eugen. iiij. priuil. 5. num. 2. aut excommunicati ordines ſuſcipiendo, Compend. Societat. Ieſu hoc verb. §. 1. verùm etiam ex quauis cauſa contractis, etiamſi talia ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica meritò conſulenda eſſet (homicidij volũtarij, membri mutilationis, & bigamiæ caſibus exceptis) vt ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, in eiſque miniſtrare libere, & licite valeant, etiamſi eis dum in ſeculo erant fuiſſe ligati, recoluerint. Eugen. iiij. priuileg. 9. num. 4. 5. & 6. & dict. priuileg. 5. num. 2. & Congregat. Celeſtino. ipſo Generali commiſit, nu. 58, & idē Eugen. iiij. Minorib. illorũ Compēd. verb. abſolutiõ. extraord. quo ad fratres. §. 3. & Paul. iij. Societ. Ieſu hoc verb. §. 1. ꝙ ſi nouitius profeſſionē nõ emiſerit, reincidit.

De huiuſmodi reincidētia, quando, & quõ eueniat,

dictum

dictū eſt ſupra verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1.

§. 2.

Poteſt etiam quilibet Ordinis Confeſſor à ſuperioribus deputatus diſpenſare ſuper irregularitatibus quacumque occaſione contractis ſemel in vita cum vnoquoque noſtrùm in foro conſcientiæ tantum. Sixtus iiij. Congregat. Monachorum S. Hieronymi Hiſpa. vt illius priuil. lib. refertur tit. 12. fol. 36. & Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 6.

§. 3.

Super irregularitatibus tamen ex apoſtaſia, & Regulæ, ſeu Ordinis definitionum tranſgreſſione contractis non ſolùm ſemel ipſe Generalis, & Abbates cum dictis Ordinis perſonis, ſed toties quoties opus fuerit diſpenſant. Iul. ij. priuil. 19. num. 2.

§. 4.

Necnon ſuper quibuſcumque irregularitatibus, & inhabilitatibus qualitercumque contractis, ſiue contrahendis Abbates Cógregationis cum dictis Ordinis perſonis, pręterquam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quotieſcumque eis viſum fuerit diſpenſare poſſunt. Eugen. iiij. priuil. 9. num. 8. & 9.

§. 5.

Per priuilegium verò Martini v. Congregat. S. Benedict. Hiſpanię cõceſſum poteſt Generalis Reformator in foro cõſciētię cū perſonis noſtræ Cõgregationis ſuper quacūq; irregularitate, etiam

te, etiã in caſibus Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter, & expreſſe reſeruatis, ſcilicet in morte, in mẽbrorum obtrũcatione, & enormi ſanguinis effuſione contracta, dummodo illa notoria non ſint, diſpenſare, & hoc propter ſcandalum, vt refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 5.

§. 6.

Quinetiam idem Generalis reformator, ac alij quinquaginta Ordinis prælati, ab eodẽ pro tempore nominandi, poſſunt in omnibus caſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam hæreſis, & manuum in prælatum alterius Ordinis iniectionis, homicidij etiam voluntarij, ac membrorum mutilationis abſoluendo in foro conſcientiæ diſpenſare: ſuper irregularitate tamen homicidij voluntarij diſpenſatio fieri debet citra altaris miniſterium, Sixt. iiij. Cathuſia. Romæ apud S. Petrum 7. kal. Aprilis 1481. Põtific. 2. refertur Compend. Minor. hoc verb. §. 4.

§. 7.

Poteſt etiam ipſe Generalis Reformator diſpenſare cum monachis ſuis ſuper irregularitate homicicidij: dummodo homicidæ non ſint certi, quod ipſi actualiter occiderint, nec etiam certò ſciant, quod ipſi fuerunt homicidij mandatores, vel auxiliatores, & quod ſine ipſis nullò modo eſſet tale homicidium perpetratum, Sixtus iiij. Minorib. vt eorum Monum. fol. *66.* conceſſ. 102. & refertur eorum Compend. hoc verb. §. 10.

§. 8. Abbas

§. 8.

Abbas autem cuiuſcumque monaſterij abſoluendo ab omni, & quacumque excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, etiam à manuum iniectione violenta, dummodo mors, aut mutilatio, vel enormis debilitatio nõ fuerit ſequuta, poteſt ſuper irregularitate ob hæc, & ſimilia contracta diſpenſare. Benedictus xiij. Congregat. S. Benedicti Hiſpaniæ, vt illius Compend. num. 3.

Vſus facultatum in præcedentibus §§. relatarum quatenus ſacro Conſilio Triden. cap. 7. de reformat. ſeſſ. 14. repugnant attendendus eſt, ſiquidem in caſu hæreſis per bullam Cœnæ Domini, & alia Pontificum diplomata diſpenſatio omnibus, etiam Epiſcopis interdicta eſt: licèt per Concilium cap. 6. de reform. ſeſſ. 24. ipſis Epiſcopis concederetur.

§. 9.

Porrò omnibus, & ſingulis Abbatibus, Prioribus, monachis, nouitijs, conuerſis, donatis, ſeruitoribus, continuis commenſalibus, procuratoribus, nuntijs, & alijs eiuſdem Ordinis perſonis præſentibus, & futuris, quę Capitulo generali huius Congregationis interfuerint, Confeſſor idoneus, quem eorum quilibet eodem Capitulo durante, vel infra viginti dies immediate ſequentes, ad hoc duxerit eligendum, vltra abſolutioné ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto quomodolibet incurſis, & ple-

nariam

nariam abſolutionem, & remiſſionem quorumcumque peccatorum, criminum, & exceſſuum, prout ſupra verb. Capitulum. dictum eſt, poteſt etiam ſuper irregularitatibus quouis modo, & qualitercumque contractis, & cõtrahendis annis ſingulis, quibus dictum Capitulum celebrabitur, ſemel dumtaxat diſpenſationis beneficiũ impendere, vide verb. Capitulum. §. 8.

§. 10.

Generalis autem Reformator, & definitores huius Congregationis in Capitulo Generali, ſiue extra exiſtentes, quoties eis viſum fuerit, præter abſolutionem ab omnibus, & ſingulis peccatis, exceſſibuſq; (niſi Sedi Apoſtolicæ fuerint reſeruati) diſpenſant, & cum omnibus monachis, Religioſis, & alijs monaſteriorum perſonis: ſuper irregularitatibus ex quauis cauſa contractis, etiam ex promotione ad aliquem ex ſacris ordinibus ante legitimam ætatem (homicidio voluntario, mutilatione membri, & bigamia exceptis) omnem inhabilitatem, & infamiæ maculam abolendo, vt nihilominus ad omnes, & ſingulos ſacros ordines, promoueri, & in promotis miniſtrare poſſint. Eugen. iiij. priuil. 8. nu. 14. & ſeq. & ad quæcumq; officia, & adminiſtrationes Ordinis recipi, in priſtinũq; ſtatũ reponi. Pius iiij. Congregat. Mõtis olîueti priuil. 36. fol. 120. & vide verb. ordines. §. 4.

§. 11.

Poſsũt inſuper Generalis, & Abbates omnes, & ſin-

& ſingulos monachos, profeſſos, cõuerſos, & no uitios, familiares, ac ſeruitores monaſteriorum Congregationis in omnibus, & ſingulis caſibus epiſcopis de iure, vel conſuetudine reſeruatis quotieſcumq; expedire videbitur abſoluere, ac cum eiſdẽ diſpenſare. Mart, v priuil. 2. viuæ vocis oraculo. & Iul. ij. Congregationi Montis oliueti priuil. 31. fol 87. & Sixt. iiij. Minorib. vt eorum Compend. verb. abſolutio. quo ad ſeculares. §. 19. vbi ad vota commutanda, & relaxando ad inſtar dioceſani extendit.

§. 12.

Necnon ſuper irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus diſpẽſandi facultas eiſdem Epiſcopis iuxta formam Concilij cap. 6. de refor. ſeſſ. 24. conceſſam, (homicidio voluntario, & hæreſi exceptis) huius Congregationis Abbatibus in foro conſcientiæ competit à Gregor. xiij. vide ſupra verbo abſolutio quo ad monachos. §. 11. & ibi notata.

§. 13.

Præterea Generalis Reformator diſpenſat cum monachis natalium defectum ex quocumque damnato coitu patiẽtibus, vt eo nõ obſtante aſſumi poſſint in Abbates triẽnales monaſteriorum Congregationis, ipſaque monaſteria in ſpiritualibus, & temporalibus regere, adminiſtrare, ac gubernare. Eugen. iiij. priu. 9. nu. 14. & priuil. 10. num. 10. & Leo x. Camand. num. 33. vide verb. Generalis. & verb. natalium.

§. 14. Idque

§. 14.

Idque factum eſt, vt monachi alioquin meritis clari, & ad manutenendam regularem obſeruantiam idonei regimine Congregatio gaudere poſſit: atque ideo Clemens vij. eidem Generali Reformatori pariter indulſit, vt cũ eiſdẽ monachis qualemcumque natalium defectum patientibus, dummodo alicuius Cœnobij Congregationis Abbates extiterint, vt ad officium quoque Generalis Reformatoris eiuſdem Congregationis indiſtinctè aſſumi poſſint, diſpenſare valeat, priuil. 25. nu. 1. & Sixtus iiij. Minoribus etiam quo ad ordines, vt illorũ Compend. hoc verb. §. 12. & 13.

§. 15.

Fauore quoque Religionis indultum eſt, vt quicumq; huius Congregationis profeſſus monachus non obſtante natalium defectu, ſi laudabiliter in monaſterio fuerit conuerſatus, ad ſacros ordines, nec non ad officia, prælationes, dignitates, & honores in monaſterijs iuxta eorũ conſtitutiones liberè, & licitè promoueri, & aſſumi poſſit, Eugenius iiij. Congregat. S. Iuſtinæ, vt in priuil. Montis oliuet. 50. fol. 191. & priuil. 52. fol. 205. vide infra verb. natalium defectus.

Quamuis priuilegia §. 13. & 14. relata formalẽ diſpenſationem requirant, prout in omnibus inferioribus Papæ regulariter requiritur, vt Innocen. in cap. veniens. de filijs preſby. & declarat Hoſtien. quem

ibi

ibi ſequitur Panor. in cap. cum in cunctis. §. inferiora. de electio. & Bart. in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prato. num. 12. attamen per d. priuilegium Eugenij iiij. proxime relatum eo ipſo quòd Monachus profeſſus, & idoneus eſt iuxta monaſteriorũ conſtitutiones ſine vlla diſpenſatione, & declaratione aßumi poteſt ad quæuis eorum officia, adminiſtrationes, & dignitates. verùm cum irregularitas, & macula ex defectu natalium proueniens per regularem profeſſionem quo ad omnes ordines ſuſcipiendos abſtergatur, prout ſupra verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. adnotatum eſt, dubitari poſſet quid operentur priuilegia ad diſpenſandum quo ad eos conceſſa. ad quod reſpondet in ſimili. Abbas in cap. 1. num. 9. de reſcript. & Silueſt. verb. priuilegium. quæſt. 4. & facit quod ait Nauar. in Enquir. de Oratio. cap. 19. num. 84. ſuppoſita tamen Bulla S. D. quo ad illegitimos hæc priuilegia caſſant.

§. 16.

Cœterum Abbates diſpenſant cũ monachis, qui obediẽtijs occupati choro intereſſe nõ poſſunt, vt poſt Completorium officium defunctorum, & B. Mariæ perſoluant. Eugen. iiij. priuil. 10. num. 8.

§. 17.

Cum quibus etiam, non tamen in ſacris conſtitutis, ſi obedientijs adeo detenti ſu t, vt choro intereſſe, ac officium diuinum vix ſine labore, & tædio dicere, ipſaq; charitatis opera implere ne-

chorum profeſſi integras horas Canonicas ex preſcripto ſuperiorum recitare tenentur; & quoties illas, vel earum partem aliquam notabilẽ ſine iuſta cauſa omittunt, mortaliter peccant, argu. cap. 1. de celebrat. miſſarum. & cap. fin. 92. diſtinct. S. Anton. 2. part. tit. 9. cap. 12. §. 3. & ex Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 100. vide verb. officium diuinum. §. 1.

§. 20.

Præterea Generalis Reformator per ſe, & alios à ſe electos diſpenſare poteſt cum noſtris circa ieiunia, & cibos vetitos. Eugen. iiij. & Iul. iij. monachis S. Hieronymi. Abbates verò de conſilio Medici, vel ſine, ſi commodè haberi nõ poſſit, poſſunt dare licentiam familiaribus monaſteriorum, & locorum noſtrorum infirmis, ſeu debilibus, vt ſine alia diœceſani licẽtia in Quadrageſima, & alijs ieiuniorũ diebus carnes, oua, & alia ſanis vetita, cõmedere poſſint, vel quòd in prędictis temporibus, etiam ſine cõſilio medici ieiunare non teneantur, vt refertur Compend. Societ. Ieſu hoc verb. §. 17.

§. 21.

Quæcumque item dubia circa Regulam, & eius obſeruantiam obuenientia dilucidandi, interpretandi, & diſpenſandi facultas (Regulæ ſubſtantialibus ſaluis) eidem Generali Reformatori, vnà cum Capitulo generali competit; de quo ſupra, verb. conſtitutiones per totum.

§. 22.

Abbates tamen de ſeniorũ conſilio diſpẽſare

ſuper minora Regulæ, ſeruato ſemper eius ſano intellectu, vt ſupra verbo conſtitutiones. §. 4. Quibus autem caſibus Reformator Generalis & Abbates in votis diſpenſent vide verbo nouitius. & verb. vota.

DISPENSATIO QVOAD Seculares.

§. 1.

Generalis Reformator, & monaſteriorũ Abbates, & monachi, ſeu ſacerdotes, quibus ipſi commiſerint, poſſunt cum quibuſcumque ipſorum monaſteriorum ſeruitoribus, mercenarijs, colonis, officialibus, miniſtris, infirmis in eiſdẽ pro tempore degentibus, ac ad eadem monaſteria, vel eorum eccleſias in quibuſuis ſeptimanæ ſanctæ diebus, nec non per octauam Reſurrectionis Dominicæ, ac in SS. Benedicti, & Bernardi vigilijs, & feſtiuitatibus, accedentibus, eorum confeſſionibus auditis ſuper quibuſuis irregularitatibus, præterquam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, diſpenſare. Eugen. iiij. priuil. 9. nu. 12.

§. 2.

Confeſſor autem ſecularium ad præfata monaſteria accedentium confeſſionibus audiendis deputatus, peregrinationis, & alia per eos emiſſa vota, Sedi Apoſtolicæ non reſeruata, quæ cõmode ſeruare non poſſunt, in ieiunia, & alia ſimilia

milia pietatis opera commutare, & deſuper diſpenſare poteſt. Eugen. iiij. priuil. 13. num. 2.

§. 3.

Verùm idonei Confeſſarij ex prędicti Generalis commiſſione, ſi ſunt viri docti, poſſunt ad petendum debitum in foro conſcientiæ diſpenſare cum his, qui conſanguineam, vel conſanguineũ ſui, vel ſuæ cõiugis poſt matrimoniũ carnaliter cognouerũt. Pius V. Franciſcanis de obſeruantia, anno 1569. vt refertur Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 8. & conceſſum fuerat à Iulio ij. declarando quandam gratiam Martini v. Congregat. S. Benedicti, ſeu Monaſterio Mõtiſſacrati, vt refertur ſupra verbo abſolutio quo ad ſeculares. §. 4.

§. 4.

Quod ipſum in eodem conſcientiæ foro, & ad eũdem effectum facere poſſunt, cum his, qui poſt votum ſimplex caſtitatis matrimoniũ contraxerunt. idem Pius V. Franciſcanis, vt refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 9. & vide verb. abſolutio. verb. commutatio. verb. pręlati, & verb. vota.

De hac diſpenſationis materia, quomodo ſcilicet, quando, & à quo illa tam circa legem naturalem, & diuinam, quàm humanam fieri poſſit, vide quę compẽdioſe, & dilucide tradit poſt alios Nauar. in Manua. Confeſſa. prælud. 9. à num. 13. & in Miſcell. 65. de oratio.

DONATIONES.

Vide verb. commutatio. & verb. bona,

Donatio pio loco tã inter viuos, quàm cauſa mortis facta quantumcumque magna fuerit, adeò priuilegiata, & fauorabilis eſt, vt nulla inſinuatione indigeat; ex Bart. in l. ſi quis argentum. C. de donationib. & Tiraq. in Tractat. de priuil. piæ cauſæ priuil. 124. & dictum eſt ſupra verb. bona. §. 5.

DVBIA.

Vide verb. declaratio. priuilegiorum. & verb. priuilegia.

ECCLESIAE MONASTERIORVM.

§. 1.

Eccleſias ædificare, erigere, ab alijs erectas, & ædificatas acceptare, diœceſanorum, aut aliorum quorumlibet non expectata licentia, Generali Reformatori conceſsũ eſt à Marti. v. priuil. 1. nu. 5. & Eugen. iiij. priuil. 7. num. 9.

§. 2.

Illaſq;, & earum cœmiteria, altaria, calices, & ornamenta à quocumque Catholico Antiſtitẽ conſecrari, & benedici, omneſque alios Pontificales actus in eis exerceri facere diœceſani, vel alterius non requiſita licentia eidem com-

petit. Leo x. fratrib. Prædicatorib. vt Compend. Minor. verb. benedicere. §. 13. dum tamen ipſe Dioceſanus requiſitus vltra quatuor menſes id facere diſtulerit. Honor. iiij. Prædicato. eorum priuil. lib. fol 62. c. & Paulus iij. Societati Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 1.

Circa hoc vide notata ſupra verb. benedicere. §. 5. dici tamen poſſe videtur præfatam limitationem Honorij, & Pauli quo ad hoc adaptari poſſe diſpoſitioni decreti Concilij Tridentini cap. 5. de refor. ſeſſ. 6. & alijs ſimilibus.

§. 3.

In eccleſijs etiam ædificandis primum lapidem, & fundamenta põtificali more benedicere, eidem Generali licet. Celeſtin. v. ſuæ Congregationi num. 33.

§. 4.

Abbates autem eccleſias, cemiteria, capitula, & Oratoria huius Congregationis, & quæcũque paramenta, & ornamenta, ad diuinum cultum, & eorum vſum neceſſaria, in quibus chriſma non interuenit, poſſunt ſolenni benedictione benedicere, vt ſupra verb. benedicere. §. 3. dictum eſt. Quod indiſtinctè procedit, licet Honorius Papa id limitaſſet, quando dioceſani humiliter requiſiti per quatuor menſes id facere differrent, vt Monu. Minor. fol. 101. cõceſſ. 112.

§. 5.

Porrò licet parochiales eccleſiæ per Cõgreg. monachos regi ſolitæ, iuxta formam Lateranenſis,

nenſis, & Tridentini Conciliorum, locorum ordinarijs quo ad ſacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum ſubiaceant, ab eiſdēque ſine vllo grauamine, & impenſa inſolita viſitari poſſint: monachi tamen circa illam curā delinquentes iuxta Ordinis regularia inſtituta intra loci regularis ſepta puniri, & caſtigari debent, Leo x. ſub quo celebratum fuit dictū Lateranenſ. Concilium, Prædicato. vt eorum priu. lib. fol. 177. A. & Cōpend. Minor. hoc verb. §. 6.

§. 6.

Si qui autem auſu temerario Eccleſias, aut loca noſtra infringere, vel in illis violentiam damnabilem exercere præſumpſerint, excōmunicationem ipſo facto incurrunt, à qua niſi per Sedem Apoſtolicam, vel per Conſeruatores ab eodem Ordine deputatos abſolui nequeunt, vt Monum. Minorum fol. 105. conceſſ. 226. & Dominica. priu. 93. C. & Compend. Minorum hoc verb. §. 3.

§. 7.

Abbates etiam Congregationis aqua per eos benedicta, in locis præſertim, vbi Epiſcopum aquam benedicturum per duas dietas adire non poſsūt, noſtras eccleſias, cœmeteria, & oratoria, & eorum quodlibet ſanguinis, ſeu ſeminis effuſione, aut aliàs quomodolibet polutū, quoties opus erit, reconciliant. Leo x. Minorib. vt eorū ſupplem. fol. 16. pag. 2. & Compend. verb. benedicere. §. 12. & vide ſupra verb. benedicere.

§. 3. &

§.3. & ibi notata.

§. 8.

Cœterum adueniente caſu neceſſitatis poſsũt eccleſiæ noſtrę transferri,& de vno ad alium locum mutari, locuſque prioris Eccleſiæ (dummodo ædificiorum materia in aliam eccleſiam conuertatur) ad vſus humanos ſecundum locorum oportunitatem conuerti. Leo x. Minorib. vt eorum ſupplem. fol.92.conceſſ. 277.viuæ vocis oraculo.& vide ſupra verb. bona.§.7.

§. 9.

Poſſunt etiam Abbates, & monaſteriorũ Superiores in ſuis Eccleſijs de conſenſu eorũ, quorum intereſt, exhumare facere corpora defunctorum, & ad alias Eccleſias transferre. Leo x. Minorib. vt eorum ſupplem. fol.58.pag.2. conceſſ.162.adiuncto fol.60. pag.1.

§.10.

Eccleſias autem, & oratoria noſtra viſitantes eaſdem indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequuntur, acſi viſitarent Eccleſias Fratrum Heremitar. S. Auguſtini, vt Marimagno Seruorum fol 67. num. 25.& vide verbo indulgentia.

EDIFICARE.

§. 1.

Reformator Generalis, cum Capitulo generali poſſunt quæcumque, & qualiacumque hu-

ius Congregationis monaſteria, ſeu alia regularia loca ædificare,& conſtruere,aliáſque conſtructa,erecta, & ædificata recipere, Diœceſani loci, ſeu alterius cuiuſcumque licentia non requiſita, & illa ad regularem ſuam obſeruantiam reducere, quæ omnibus, & ſingulis eidem Congregationi conceſſis priuilegijs gaudeant. Mart.v.priuil.1.nu.5.& Eugen.iiij.priuil.4.nu. 7.& Congregat.Celeſtin.nu.29.30.&31.

§. 2.

Nullaque ædificia intra vnum milliare ab Abbatijs, & eius locis ſub excommunicationis pœna erigi poſſunt. Vrban. iiij. priuileg. 62 Ciſtercien.

EIICERE, ET EXPELLERE.

§. 1.

Quoniam ſæpe contingit aliquos ſpiritu ſuperbiæ inflatos alijs in ſua conuerſione, & cōuerſatione adeo infenſos, & ſcandalo eſſe, & ad inſtabilitatem prouocare, vt eoſdem expediat ab Religione expellere:ideo Generali Reformatori cum aliquorum ſeniorum conſilio eſt conceſſum, vt poſſit cuicumque ex ſuis religioſis dare licētiam ad aliā parem, vel ſtrictiorem religionem tranſeundi,dummodo conſenſus maioris partis Cōuentus, cuius profeſſus fuerit accedat.Eugen. iiij.priuil.10.num.19.

§. 2.

Sed ſi intra tempus ab eodem Generali præfixum ad aliam deſignatam Religionem tranſitum nõ fecerit, ad monaſteria noſtra reduci poteſt, & contra illum tamquam cõtra apoſtatam procedi, non obſtantibus quibuſcumque litteris Apoſtolicis ſub quacumque forma, cum derogatoria rum derogatorijs obtentis. Leo x. Minorib. vt illorum Compend. verbo apoſtata. §. 29. & Iul. ij. Congregatio Montis oliueti priuil. 31. fol. 79. & Celeſt. num. 45.

§. 3.

Nec ab Ordine pro ſuis culpis eiectus, vel etiam proprio motu egreſſus, niſi ad alium Ordinem tranſierit, confeſſiones audire, docere, ſeu prædicare poteſt. Quod ſi aliud temerè attẽtare præſumpſerit, poteſt à Generali contra illum ſententia excommunicationis promulgari. Innoc. iiij. Minorib. vt eorum Monum. fol. 120. conceſſ. 261. & Prædicato. eorum priuil. lib. fol. 24. B.

§. 4.

Verùm Celeſtinus v. declarauit indignos cuiuſcumque dignitatis, & adminiſtrationis eccleſiaſticæ, vel ſecularis, quoſcumque monachos, vel fratres, qui eorum exigentibus culpis ab Ordine eiecti, vel etiam proprio motu à monaſterijs, & locis Congregationis exeuntes ad ſeculũ, vel ſine licentia ad aliam religionem cõuolauerint, Congregat. Celeſtino. num. 46.

§. 5. Licet

§. 5.

Licet etiam eidem Generali Reformatori cũ aſſenſu maioris partis Capituli, Monachos ſuos incorrigibiles habitu ſpoliare, & ab Ordine eijcere, ac contra quoſcumq; huiuſmodi eiectionem impedientes, fauoremque, vel auxiliũ præſtantes, cuiuſcumque gradus, & dignitatis fuerint per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita procedere ad id, ſi opus fuerit, brachium ſeculare inuocando. Alexand. vj. Minorib. vt illorum Compend. hoc verb. §. 4. & Monum. eorum fol. 59. conceſſ. 85.

§. 6.

Quin etiam de conſilio, & aſſenſu ſeniorum Ordinis auctoritate Apoſtolica poteſt per ſe, & per miniſtros, etiam ſeculares, abſque alicuius irregularitatis, & cenſuræ metu quoſcumq; monachos pro eorum culpis, criminibus, exceſſibus, & delictis pro tempore commiſſis corrigere, plectere, & caſtigare, ſeu punire: ac in caſibus in quibus iure communi ad mortem corporalem condemnari deberent, carcerem perpetuum, vel ad tempus aſſignare, ac illos in huiuſmodi carcere detinere, ſeu ad triremes in perpetuum, vel ad tempus condemnare, & relegare. In alijs verò caſibus, ſeu delictis grauioribus, & grauiſſimis, etiamſi inobedientiæ, incorrigibilitatis, vel cõtumaciæ, aut ſimilia fuerint, contra ipſos vſque ad priuationem habitus cũ effectu procedere. Pius V. Congregatio S. Hieronymi

ronymi Hiſp. ſub anulo Piſcatoris Nonis Sept. 1566. Pontif. 1.

Tametſi ſatis à charitate fraternitatis, & paternitatis inter regulares habenda, ſimul, & à conſuetudine SS. Benedicti, Bernardi, Auguſtini, Dominici, & Franciſci, ad triremes relegatio aliena videatur, cum ſola eiectione ab Ordine, vel Congregatione fieri ſatis appareat: id tamen ex diſpenſatione Papæ, præter conſuetudinem, quam in hoc ordinarij, auctam prætendunt, ſuſtineri poteſt, vt ait Nauarr. Comment. 3. de regular. num. 52.

§. 7.

Præterea ne morbida, & infecta ſola pecus, vt dici ſolet, totum ouile Domini corrumpat, idē Generalis liberè, & licitè poteſt quoſcumque Monachos etiam profeſſos, qui ante ingreſſum huius religionis grauiſſimis, & ſcandaloſis delictis notati, ſeu etiam diffamati, ea in eorum receptione, & profeſſione moniti tacuerũt, & fraudulentèr occultarunt, non obſtante tali profeſſione, à monaſterio, & Ordine expellere, ac remouere, pro vt illi in conſcientia, (quæ ſuper hoc oneratur) viſum fuerit. Leo x. Minorib. vt illorum Compend. hoc verb. §. 5.

E L E C T I O.

§. 1.

Capitulum generale huius Congregationis, ſecun-

ſecũdum ſuas definitiones, & ſtatuta Reformatorem Generalem eligit, qui ſtatim atque concorditer electus eſt abſque alia confirmatione auctoritate Apoſtolica in ſpiritualibus, & temporalib. officio ſuo fungi poteſt. Euge. iiij. priui. 4.6. & 21. & Congregatio. Celeſtino. num. 11.

§. 2.

Quomodo autem conuentu alium Abbatum ordinaria, vel extraordinaria electio; illiuſque confirmatio facienda ſit; ex Congregationis definitionibus, & conſtitutionibus auctoritate Apoſtolica factis, cõſtat, & vide ſupra verb. Abbas. per totum.

§. 3.

Nullus tamen monachorum, ſeu regularium perſonarum ad quamcumque dignitatem, ſeu officium extra clauſtra abſque Generalis Reformatoris; iuxta cap. ſi religioſus. de electio. lib. 6. ſeu Sedis Apoſtolicæ licentia electioni; ſeu prouiſioni de ſe factæ conſentire; nec ad aliani admitti poteſt, & ſi quid ſecus factum fuerit irritum eſt, & inane. Alexand. iiij. Minoribus, eorum Compend. hoc verb. §. 1. & ex cõſtitutionibus Ordinis ad ſimilia, & alia redditur inhabilis. Eugenius verò iiij. Congregatio. Montis olioueti ex S. Iuſtina priuil. 51. fol. 195. id in virtute obedientiæ, & ſub maledictionis æternæ pœna inhibuit: & quòd niſi intra tres dies deſtiterit excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua niſi præuia ſatisfactione de-

ne debibta, abſolui non poſſit.

Quid ſi ſuperior iuſtam cauſam non alleget, quare nolit dare prædictã licentiã, an poſſit ad id compelli; iuxta gloſ. in d. cap. ſi religioſus. verb. obtẽta. per cap. nullus. & ibi gloſ. & Panor. de iurepatron. & videtur dicendum in noſtro caſu non poſſe cõpelli: quia ad hoc fuit conceſſum hoc priuilegiũ prohibitoriũ acceptãdi, quod debet ita intelligi, vt aliquid operetur contra iũs commune, cap. in his. de priuileg. l. 1. ff. ad municip.

§. 4.

Nec ad aliquod aliud exercitium, munus, vel officium, etiam S. Inquiſitionis, etiam in aliorũ defectum à quocumq; quauis eccleſiaſtica, vel ſeculari dignitate, ſeu auctoritate fungente aſſumptus, etiamſi Cardinalis, vel Patriarcha, Synodus, Communitas, & Capitulum fuerit, abſque expreſſo ſuperioris ſui conſenſu, & mandato adigi, vel cogi poteſt. Greg. xiij. Societ. Ieſu, illius Compend. verb. exemptio. §. 3.

E M P H I T E V S I S.

Quomodo monaſteriorum bona de licentia Generalis Reformatoris in emphiteuſim dari poſſint, vide verb. alienatio. §. 1. An autem monaſteria Cõgregationis bona etiam emphiteutica poſſidere poſſint vide verb. bona. §. 4.

E P I S C O P V S.

§. 1.

Leo X. de ſpeciali dono gratiæ nobis in

dulſit,

dulſit, vt omnes, & ſinguli huius Congregationis Monachi ſtatutis à iure temporibus poſſint ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines à quocumque catholico antiſtite promoueri, priuil.20.num.1.

§. 2.

Quinetiam à tranſeuntibus per monaſteria Epiſcopis, vel à monaſteriorum Abbatibus aduocatis, dioceſani non obſtante cõtradictione, ſine tamen eius præiudicio, monachi, vt ſupra promoueri poſſunt. Leo x. Congre. Camand. num.60.& 61.& Congregatio. Celeſtino. num. 36.& 37. Cui tamen obſtare Concilium Trid. dictum eſt ſupra verb.benedicere.§.5.

§. 3.

Poſſunt etiam eccleſiæ, altaria, cimiteria, & calices ab eiſdem conſecrari, omneſq; alij actus Pontificales neceſſarij inibi exerceri. Vrban.iij. priuil.8.Ciſter. & Iulius ij. Congregat. Montis oliueti, priuil.31.fol.86. & Eugen. iiij. ibidem Congregat. S.Iuſtinę priuil.50.fol.185.& priu. 52.fol.199. dictum eſt ſupra verb.eccleſiæ.§.2.

§. 4.

Dummodo vel proprij dioceſani copiam nõ habuerimus, vel ipſe requiſitus id præſtare recuſauerit. Clem. iij. Innocen. iij. Innocen. iiij. Carthuſia.

Vide aliam modificationem ſimilem Pauli iij. ſupra verb. eccleſia.§.2. qua tanquã ratione nitentes

poſſent

poſſent etiam hodie in caſibus Cõcilij Tridentini forte procederet, quod, cui de iure competit, declarandum relinquo.

§. 5.

Porrò vniuerſis eccleſiarum prælatis, & alijs eccleſiaſticis perſonis, principibus chriſtianis, eorumq; officialibus ſub excõmunicationis pœna appellatione poſtpoſita præcipitur, vt permittant Abbates, & Conuentus huius Congregationis, & Ordinis ſuis priuilegijs, immunitatibus, & gratijs pacifice vti, & potiri. Pius ij. priuil. 82. nu. 2. & priuil. 107. Ciſtercien. Alias moleſtantes in ſuis diœceſibus exiſtentes ad ſatisfactionem condignam compelli debent. Honor. iij. Carthuſi. fol. 7.

§. 6.

Nec hoſpitalitates, & liberalitates eiſdem, eorumque familijs charitatiuè in monaſterijs factas ex debito, ſeu etiam præſcripta conſuetudine exigere præſumant. Alexand. iiij. Ciſtercien. priuileg. 30. & idem Alexand. & Clemens iiij. Carthuſien.

§. 7.

Nullumquæ Monachum ad prædictorũ prælatorum miniſterium aliquod, etiã virtute quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, quæ de hoc indulto, & ordine mentionem expreſſam non fecerint, deputare tenemur: quod ſi deputatus fuerit, ſub Ordinis correctione nihilominus re-

nus remanet, poteſtque quandocumque ab eiſdem ſuperioribus reuocari. Alexand. iiij. Prædicato. vt eorum priuil. lib. fol. 35. e. & fol. 43. e. Paul. iij. Societa. Ieſu. vt illius Compend. verb. prælati. §. 1. vide ſupra verbo correctio monachorum. §. 7.

§. 8.

Cœterum non licet Epiſcopis pœnas regulares monachis à ſuperioribus inflictas, retardare, ſeu eneruare, nec Abbatum electionibus, vel Capitulis ſe quoquo modo intromittere, neq; eoſdem exactionibus indebitis, vel obedientijs onerare. Celeſt. iij. fol. 4. & Innocen. iiij. fol. 18. Carthuſien. & dictum eſt ſupra verb. Abbas. §. 8. & verb. Capitulum, §. 11. & vide verb. prælati ſeculares.

ESVS CARNIVM.

Carnium eſus quando monachis ſit permiſſus, cũ illis regulariter prohibitus ſit, vide verb. carnium eſus.

EVCHARISTIA.

Hoc ſacramentum adminiſtrare poſſumus quibuſuis perſonis, etiam ſecularibus ad monaſteria noſtra venientibus, & quibuſuis etiam tẽporibus abſque cuiuſuis ſuperiorum eorũdẽ licentia. Iul. ij. Congreg. Montis oliueti priuil. 31. fol.

31. fol. 88. vide verb. abſolutio quo ad ſeculares. §. 1. præterquam in feſto Paſchæ, Reſurrectionis Dominicæ, & in mortis articulo, niſi neceſſitas vrgeat, Paul. iij. Compend. Societ. Ieſu hoc verb. §. 2.

Quamuis iure receptum ſit, tempus Paſchæ quo ad præceptum Eccleſiæ de confitendo, & Euchariſtiæ ſacramento ſumendo implendum intelligi hebdomadam illam, quæ ipſum diem Reſurrectionis præcedit, & immediatè ſubſequitur; iuxta declarationem Eugenij iiij. quam meminit Nauar. in Manual. cap. 21. num. 45. tamen quo ad priuilegium noſtrum primus tantum dies Reſurrectionis exceptus eſſe cenſetur, vt declarauit Nicolaus V. & Sixtus iiij. Minorib. vt eorum Compend. verb. communicare. §. 4. 5. & 9. atque ita quo ad hoc ceſſat diſpoſitio clem. religioſi. de priuileg.

EXCOMMVNICATIO.

§. 1.

Si quando à monaſteriorum Abbatibus, aut alijs quibuſcumque locorum regularium ſuperioribus huius Congregationis ſententiam excõmunicationis in ſubditos ferendam contigerit, ſufficit eam verbo tenus in Capitulo, vel cõmunitate pronunciare, non obſtante cap. 1. de ſentent. excommu. lib. 6. Leo x. Minorib. vt eo-

rum Compend.verb. excommunicatio. §. 7.

§. 2.

Nec ab alijs, quàm à ſuis ſuperioribus, etiam Legatis Apoſtolicis, niſi de ſpeciali mandato Sepis Apoſtolicæ, monachi, & perſonæ monaſteriorum excommunicari, vel ſuſpẽdi, nec etiã ipſa monaſteria contra iſthæc priuilegia interdici poſſunt. Honorius iij. priuil. 11. & Vrban. iiij. priuil. 35. & 36. Ciſtercien. aliàs irritum eſt, & inane, &c. Gregor. ix. priuil. 9. fol. 17. Cõgre. Montis oliueti, & vide infra verb. exemptio. §. 2. & Marimagno Seruorum fol. 7.

§. 3.

Quod etiam in familiarium, benefactorum, aut ſeruientium, vel ad molẽdina, & furna noſtra venientium perſonis locum habet, ne quia nobis communicant a quoquam excõmunicari poſſint, aliàs irritum, & inane declarauit Innoc. iiij. priuil. 19. Ciſtercien. & Leo x. Congreg. Camand. num. 44. & Paul. iij. Societ. Ieſu, vt illius Compend. verb. prælati. §. 2. & dictum eſt ſupra verb. benefactores. §. 1.

§. 4.

Cœterum abſoluentes ab excommunicatione in foro conſcientiæ nõ tenentur ſeruare formam, quæ in publicis abſolutionibus ſeruari ſolet. Leo x. Compend. Minorum verb. abſolutio quo ad ſeculares. §. 14. Quibus autem caſibus, & à quibus monachi, & aliæ Congregationis perſonæ, ac omnes alij ſeculares ab excommunica-

tionibus

tionibus abſolui poſſint, vide ſupra verb. abſolutio quo ad monachos, & quo ad ſeculares. & verbo cenſuræ eccleſiaſticæ. & verb. diſpenſatio.

EXEMPTIO, ET EXACTIO.

§. 1.

Monaſteria noſtra, eorumque loca religioſa, Abbates, Abbatiſſæ, Monachi, Moniales, vaſſalli, ſubditi, & in eis ſeruientes ſub B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepti ſunt, & ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate, & dominio quorumcumque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum ordinariorum iudicũ exempti. Alexand. iiij. priuil. 4. Innocen. iiij. priuil. 23. Innocen. viij. priuil. 108. Ciſtercien. Leo. x. Cõgregatio. Camand. num. 44. Celeſt. v. ſuæ Congregat. num. 15. & Eugen. iiij. Congregat. S. Iuſtinæ, priuil. 49. vt refertur inter priuil. Montis olíueti. Nicol. iiij. Prædicatorib. vt eorum priuil. lib. fol. 63. E. & Benedict. xj. fol. 75. E.

Verba illa ſub protectione &c. operantur, quòd ab alio, quàm à ſummo Pontifice, & Legato a latere excommunicari, ſuſpendi, & interdici non poſſint, cap. 1. & ibi gloſſ. verb. interdici. de verb. ſignifica. lib. 6. faciunt notata in cap recepimus. de priuileg.

§. 2.

Monaſteriorum quoq; res, & bona vbicumq;

exiſtentia, perſonæ item ſupradictæ, benefactores, capellani, familiares, aliæq; perſonæ in eiſdem monaſterijs degẽtes ab omni, etiam Legatorum, Delegatorum, & Subdelegatorum Sedis Apoſtolicæ, & quorumcumq; Iudicum ordinariorum quauis auctoritate fungentium, etiã ratione delicti, vel contractus, vbicumque cõmiſſi, vel initi, exemptę prorſus cenſentur: ita vt alibi, quàm in Romana Curia, & corã Sede Apoſtolica conueniri non poſſint, nec excommunicationis, ſuſpẽſionis, vel interdicti, aut aliæ quæuis ſententiæ contra ipſas, niſi de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ commiſſione, in qua de hoc priuilegio ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, quomodolibet directè, vel indirectè proferri, ſeu promulgari. Honor. iij. priuil. 11. Gregor. ix. priuil. 16. Vrban. iiij. priuil. 35. & Innoc. viij. priuil. 108. Ciſtercien. & Gregor. ix. Congreg. Montis oliueti priuil. 9. fol. 16. Ioan. xxiij. priuil. 21. fol. 44. Iul. ij. priuil. 31. fol. 82. & Eugenius iiij. Congreg. S. Iuſtinæ, priuil. 49. fol. 175. & Martin. v. Congregatio. S. Benedicti Hiſpan. vt illius Compend. num. 9. & Congregationi Celeſtinor. num. 5. & Leo x. Congregatio. Camandulen. num. 43. & 44.

Per præfata priuilegia confirmatur dictum gloſſæ clem. 1. de rebus eccleſ. non alienand. verb. proprij, ſcilicet prælatos regulares exemptos habere in ſubditos iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, per illa enim

derogatur

derogatur in totum cap. volentes. de priuileg. lib. 6. quæ tamen in multis caſib. per Concilium Trident. limitantur, vt eſt videre cap. 2. de reform. ſeſſ. 6. cap. 14. de reform. ſeſſ. 7. cap. 8. de reform. ſeſſ. 23. & cap. 14. de regularib. ſeſſ. 25. & alijs de quibus ſupra verb. Concilium. Ad quorum declarationem faciunt notata per Panormit. in cap. 1. de capell. monacho. & in cap. cum contingat. num. 25. de foro compet.

§. 3.

Quę quidem perſonę, monaſteria, res, & loca vbicumque ſita exempta ſunt à ſolutione, & exactione quarumlibet præſtationum, onerum publicorum, tam realium, quàm perſonalium, ac etiam miſtorum, necnõ collectarum, ac ſubſidiorum quorumcumque, etiam auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia impoſitorum, ac imponendorum quacumque occaſione, ac etiam virtute quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, plenam, ac expreſſam, & de verbo ad verbum de huiuſmodi indulto, ac toto eius tenore mentionem non facientium. Innoc. viij. priuil. 10. num. 5. & Alexand. iiij. priuil. 32. Ciſtercien. Ioann. xxij. Congregatio. Montis oliueti priuil. 22. fol. 46. & Alexand. iiij. & Clemens iiij. Carthuſien.

§. 4.

Ita quòd quicũq; prefatas res, & bona, eorũq; libertates occupantes, impedientes, ſeu damnificantes,

ficantes, ſi intra triduum à die, quo vigore horũ priuilegiorum fuerint requiſiti, non deſtiterint, vltra quod quidquid attentauerint irritum erit, & inane, ipſo facto incurrunt excommunicationis ſententiam, à qua niſi à ſummo Pontifice non abſoluuntur. Iulius ij. Compend. Minorum ex Auguſtinia. verb. bona. §. 10. & Leo x. Camã. nu. 44. idem Iulius ij. Congregatio. Montisolíueti priuileg. 31. fol. 82. & ibidem Eugen. iiij. priuil. 49. ex S. Iuſtina. fol. 175.

§. 5.

Eiſdem quoque bonorum, ac eorum monaſteriorum exemptionibus gaudẽt perſonę, quibus ad tempus, vel ad vitam illa à noſtris conceduntur, vel reddentes alicui ex d. noſtris monaſterijs certam portionem annuam de fructibus dictorum bonorum, ne ſcilicet eorum occaſione alicui principi, vel comiti aliquid ſoluere teneantur, nec ad id a quoquam ſub interminatione maledictionis æternę, niſi reſipuerint, compelli poſſint. Pius ij. Congreg. Montis olíueti. priuil. 40. fol. 134.

§. 6.

Atq; ideo cautum eſt, ne quis Rex, Princeps, ſeu quæuis alia perſona cuiuſcumque ſtatus, aut Communitas, ſeu Vniuerſitas, Magiſtratus, rectores, & officiales terrarum, caſtrorum, ac quarumcũq; diœceſum perſonis, ſeu rebus noſtris, gabellas, talleas, datia, collectas, etiã pro pontiũ refectionibus, aut viarum reparationibus, aliaue

aliáue onera, ſeu grauamina inferre, indicere, vel imponere, impoſitaq; exigere ſub excõicationis, & maledictionis æternæ pœnis audeant, vel preſumãt, quas, niſi ſtatim habita præſentiũ notitia omnino deſtiterint, ipſo facto incurrũt Leo x. Camand. num. 48. & refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 8. Iul. ij. Congregat. Montis oliueti priuil. 31. fol. 84.

§. 7.

Per priuilegium autem conceſſum Ordini S. Ioannis Hieroſolimi. eximuntur etiam noſtri in ampla forma, a quacumque iuriſdictione, & à quacumque collecta, ſeu contributione occaſione perſonarum, vel rerum, etiam pro pontiũ, fontium, furnorum, murorum, ſeu eccleſiarum reparatione; etiãſi forſan eatenus per abuſum, ſeu alterius priuilegium, vel negligentiam, etiã per longiſſimum tempus aliud obſeruatum ſit. Clem. vij. vt Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 7.

§. 8.

Atque ita imponẽtes angarias, talias, impoſitiones, vel alia quæuis onera, & grauamina perſonis, monaſterijs, & rebus noſtris, etiam per Sedem Apoſtolicam indicta, impoſita, ſeu data ipſo facto excommunicati ſunt, etſi moniti ab his non deſtiterint à ſolo Papa abſolui poſſunt. Alexand. iiij. Minorib. vt eorum Monum. fol. 160. conceſſ. 156. Eugen. iiij. Cõgreg. S. Iuſtinæ,

vt inter Montisoliueti priuil. 49. fol. 176. Committendo omnibus, & ſingulis delegatis, ſubdelegatis, nūcijs Apoſtolicis, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & vniuerſis Iudicibus, in quorum diœceſi ſunt perſonę, & bona huiuſmodi, vt illa ab omnibus defendant, illoſq; per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita cōpeſcant. Non obſtantibus quibuſcumque, etiam litteris Apoſtolicis de indulto huiuſmodi plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum mentionem non facientibus.

§. 9.

Porrò non tenemur etiam vigore quarumcūque litterarum Apoſtolicarum, niſi de hoc indulto, & Congregatione mentionem fecerint, officium correctionis, viſitationis, aut inquiſitionis monaſterijs, vel eccleſijs, ſeu quibuſcumque perſonis impendere, vel ad cognitionem cauſarum partium citationem, & interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiarum denunciationem procedere, neque denique animarum, ſeu quarumlibet religioſarum perſonarum curam ſuſcipere: Paul. iij. Societa. Ieſu, vt eius Compend. hoc verb. §. 10. Sed nec ad monialium confeſſiones audiendas compelli, Clem. vij. Minorib. eorū Monu. fol. 140. conceſſ. 321. vide infra verb. litteræ Apoſtolicæ.

§. 10.

Nec Epiſcopi, vel alij locorum quorumlibet ordinarij, aut aliæ quæuis perſonæ poſſunt in mona-

monaſterijs, ſeu alijs regularibus locis Congregationis ordines conferre, cauſas ciuiles, vel criminales exercere, conuentus, ſiue ſynodos, & proceſſiones conuocare, miſſas, & alia officia celebrare, niſi de conſenſu ipſorum Abbatum, & monachorum expreſſo. quòd ſi aliàs ad ea accedere, vel commorari tentauerint ſententiam excõmunicationis ipſo facto incurrunt. Eugen. iiij. Congregat. S. Iuſtinæ, vt in Montiſoliueti: priuil. 52. fol. 200.

§. 11.

Præterea Sedis Apoſtolicæ Legatis, etiam à latere, vel Nuntijs quacumque poteſtate fulgentib. pro quauis procuratione, vel cauſa nihil penitus ſoluere tenemur, etiam in vim quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, niſi in eis ſpecialis, & expreſſa de Congregatione, nec non de monaſterijs, & locis, ſibi ſubiectis mentio habeatur. Boniſac. ix. Congregat. Montiſoliueti priuil. 18. fol. 35.

§. 12.

Cœterum exemptiones quæcumque huic Congregationi ab Apoſtolica Sede cõceſſæ per nullas reuocationes ſub quibuſcumque tenoribus abrogatæ, vel reuocatę cẽſentur, niſi de ipſis de verbo ad verbũ, ac de monaſterijs in eis nominatim mẽtio fiat: etiamſi Regalis, ſeu reginalis, patriarchalis, archiepiſcopalis, epiſcopalis, vel cuiuſlibet alterius dignitatis intuitu concedantur. Eugenius iiij. priuileg. 7. num. 17.

& Iul.

& Iulius ii. Congregat. Montis oliueti priuil. 31. fol. 90. & Congregat. S. Iuſtinæ, vt ibidem priuil. 48. fol. 170. & priuil. 49. fol. 183. & priu. 52. fol. 206. & priuil. 55. fol. 215.

Vide verb. decimæ, Epiſcopi, iuramentum, Monachi, & verbo prælati. Quibus autem caſibus ex Tridentina Synodo alijs, quàm ſuperioribus noſtris ſubijciamur, & priuilegia noſtra locum non habeant, vide verbo Conciliũ Trid. præter alia loca, quæ in adnotationibus nonnũquam referuntur. Quomodo item, & quando in iudicio de huiuſmodi priuilegijs excipiendum ſit tradit Abbas in cap. cum ordinem. nu. 4. poſt Bald. nu. 6. & 26. de reſcript.

EXTREMA VNCTIO.

Quibus hoc ſacramentum intra monaſteriorum ſepta miniſtrare poſſimus, vide verbo abſolutio quo ad ſeculares, verbo ſacramenta, & verbo familiares.

FAMILIARES MONAſteriorum.

§. 1.

Quibus caſibus monaſteriorum noſtrorum familiares à nobis abſoluantur, diſpenſentur, ac eorum vota commutentur, vide verbo abſo-

lutio,

lutio, diſpenſatio, commutatio, interdictum, & vota.

§. 2.

Idem familiares huius Congregationis, etiã ſeculares poſſunt ſine alterius licentia in monaſteriorum eccleſijs confiteri, & alia ſacramenta percipere, temporeque interdicti officia diuina audire, Leo x. Congregat. Camand. num. 84. & eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi, Alexand. iiij. & Clem. iiij. Minorib. vt eorum Compend. hoc verb. §. 1. 2. & 3.

§. 3.

Necnon his, qui noſtris inſiſtunt obſequijs poſſumus nos tempore interdicti generalis omnia ſacramenta miniſtrare, atque in noſtris cœmetarijs ſepelire. Paul. iii. Societ. Ieſu, & Marti. v. Congregat. S. Benedicti Hiſpa. quod ipſum de ſeruitoribus, & familiaribus monaſteriorum, dummodo cauſam interdicto non dederint, dicendum eſt, vt illius Compend. nu. 10.

§. 4.

Famulis verò monaſteriorum Congregationis, & regularium locorum in habitu ſeculari ſeruientibus, quoties opus fuerit, etiam Paſcatis tẽpore, & mortis articulo poſſumus Euchariſtiæ, & extremæunctionis ſacramenta miniſtrare, & ſepulturæ beneficiũ, nullius ſuper hoc requiſita licentia, impendere. Leo x. Minimis, vt refertur Compend. Societ. Ieſu hoc verb. §. 2.

§. 5. Porrò

§. 5.

Porrò monaſteriorum Cõfeſſores faliliares, & famulos eorum confeſſione audita, & pœnitẽtia ſalutari iniuncta, ab omnibus criminibus, exceſſibus, & eccleſiaſticis cenſuris abſoluunt, diſpenſantque cum eiſdem ſuper omnibus irregularitatibus, ſi quas forte contraxerint (homicidio voluntario, & mẽbri mutilatione ſemper exceptis) & eiſ remiſſionem generalem, & plenariam omnium peccatorum, etiam in mortis articulo impartiũtur. Sixtus iiij. Minorib. vt eorum Monum. fol. 68. conceſſ. 131. & dictum eſt ſupra verb. abſolutio quo ad monachos. §. 13.

§. 6.

Omnes item, qui ſunt in ſeruitio Ordinis ſemel in vita, & in morte indulgentiam plenariã de reſeruatis ab eiſdẽ conſequũtur. idẽ Sixt. iiij. vt Monum. Minorum fol. 66. conceſſ. 96. & eorum Compend. hoc verb. §. 6.

§. 7.

Quin etiã dũ in ſeruitio monaſteriorum fuerint nullius excõicationis, ſuſpẽſionis, vel interdicti ſentẽtijs cõtra ipſos latis, ſubijci poſsũt, vt refertur Compend. Societa. Ieſu hoc verbo. §. 5.

§. 8.

Ita quòd ſi quis monaſteriorum, & regulariũ locorum familiaris propter decimam aliquam ex priuilegio ad nos pertinentem, & ſpectantẽ excommunicatus, vel interdictus fuerit, eo non obſtante abſolutionis beneficium, ac etiam ſi

opus

opus fuerit, eccleſiaſtica ſacramenta, & ſepulturam impendere, ac conferre poſſumus. Vrban. iiij. Ciſtercien. num. 10.

Supradictis obſtare poſſunt decreta Concilij Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform. & ſeſſio. 14. cap. 4. & 5. & ſeſſio. 24. cap. 10. & 11. vide ſupra verb. Concilium. & verb. exemptio.

F E S T I V I T A T E S S A N- ctorum.

Religioſi huius obſeruantiæ non tenentur alias ſanctorũ feſtiuitates ſeruare, niſi quas vniuerſalis Eccleſia, aut diœceſis, in qua ſita ſunt monaſteria communiter obſeruat. Eugen. iiij. priuil. 10. num. 26.

Concordat decretum Concilij Trid. ſeſſio. 25. cap. 12. de regularib. prout alias declaratum fuit, ſcilicet, non teneri, nec cogi debere regulares ad obſeruationem feſti, quod clerus ſecularis ex more, & inſtituto alicuius particularis eccleſiæ obſeruat. vide definitiones Ordinis.

F E V D A L I A B O N A.

Quòd, & quomodo monaſteria, & regularia loca huius Congregationis habere poſſint feudalia bona vide ſupra verb. bona Cõgreg. §. 4.

mutuo accipere.

Celeſtinus v. ſuę Cōgregationi Celeſtinorũ num.28. inhibuit, ne monachus, vel conuerſus aliquis ſine conſenſu, & licentia proprij Abbatis, ſeu maioris partis ſui Conuentus pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo mutuo pecuniam accipiat: etſi ſecus factum fuerit, nec Abbatem, neque Conuentum ad id teneri, & fideiubentem, accipientemque pecuniam eo ipſo excommunicationis vinculo aſtringi voluit.

Regularis ſimplex non poteſt ſine ſuperioris licentia etiam naturaliter obligari, licèt alios ſecum contrahētes obliget, Panor. & Felin. in cap. ex reſcripto. de iureiuran. & Iaſon in l. ſi id quod. ff. de condictio. indebi. num. 1. poſt Hoſtien. in Summa de fideiuſſo. §. pro quo poſſet. verſi. & quis. Ratio eſt: quia voluntati propriæ renunciauit, cap. 2. de teſtam. cap. ſi religioſus. de electio. lib. 6. quare priuilegium, niſi quatenus excommunicat, eſt potius declaratio, vel innouatio iuris communis addita pœna; niſi id etiam alijs adminiſtrationem habentibus prohibeat, quod eſt maxime aduertendum, & ex vſu, & conſuetudine colligi poteſt, & facultate mandati a ſuperiore habita.

FVGITIVVS, ET APOSTATA.

§. I.

Pro ampliore huius noſtræ Congregationis quiete,

quiete, ac ſoliditate, Eugen. iiij. priuil. 7. nu. 12. prohibuit cuique ex monachis, cōuerſis, & perſonis religioſis monaſteriorum eius, ne ſub excommunicationis ipſo facto incurrendæ pœna ſine Generalis Reformatoris, vel etiā Abbatis, & Conuentus, cuius tunc Religioſus fuerit petita, & etiam obtenta licentia à monaſterio exire poſſit, etiamſi ad quemcumque alium Ordinē, vel locum, ſeu quodcumq; aliud monaſterium eius, vel alterius cuiuſcumque Ordinis tranſire velit. Quam eamdem excommunicationem incurrere voluit Abbates, Priores, Religioſos, & Superiores dictum tranſeuntem recipientes, ſi poſtquam per dictos Cōgregationis monachos requiſiti intra trium dierum ſpatium dictum trāſlatum ad proprium monaſteriū, a quo exierat, ſine difficultate non remiſerint cum effectu, à qua tam recipienres, quàm tranſeuntes, niſi in mortis articulo, vel tranſeuntes ad ſuum monaſterium redierint, abſolui nequeunt, d. priuil. 7. num. 13. & idem Eugenius iiij. Congre. S. Benedicti Hiſpanię Romæ anno 1446. vt illius Compend. nu. 22. & Celeſt. v. ſuæ Congreg. nu. 24. & 25.

§. 2.

Itaque ad nullum alium, etiam Carthuſienſium Ordinem, niſi petita, & obtenta licentia ſupradicta noſtris monachis tranſire licet, d. priuil. 7. quod generaliter loquitur, & expreſsè Pius ij. Montiſoliueti priuil. 24. fol. 50. etiam

virtute literarũ Apoſtolicarum, niſi in eiſdẽ de monaſterio, & Ordine, & dicta conceſſione ſpecialis, & expreſſa mentio habeatur; cũ decreto irritante, quidquid ſecus, &c. vt eid. Congreg. Greg. ix. priuil. 14. fol. 30. Quin concordia inter Ciſtercieſes, & Carthuſienſes facta eſt, quòd nullus monachus Ordinum ſuorum de vno ad alium ſine licentia tranſire poſſit.

§. 13.

Atque ita fugitiuos, & inſolentes monachos, vel qui aliàs Apoſtolica licentia, vel ſuperiorũ habita intra tempus eiſdem præfixum conditionem, & modum implere contempſerint, vagiq; rebelles ad monaſteria ſua redire negligentes ſe aliquarum perſonarum quacumque dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentium, familiaritatis, aut capellariatus ſeruitijs in Romana Curia, vel extra aſcribunt, vel abſq; Apoſtolico ſpeciali priuilegio in ſpecie de monacho, & monaſterio, Congregationeq; facta mẽtione idem conantur, poſſunt ſuperiores carceribus mancipare, in eiſdemque detinere, aut per cenſuram eccleſiaſticam, vel alia iuris remedia appellatione poſtpoſita, & inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis ad ſolitam obedientiam compellere. Leo x. Congregat. Camand. num. 42. & Eugen. iiij. Congreg. Mõtiſoliueti priuil. 31. fol. 80. & priuil. 45. fol. 161. & ibidem Congregat. S. Iuſtinæ priuil. 52. fol. 202. & S. Benedicti Hiſpa. illius Compend. nu.

22. & Clem. iij. Clem. iiij. & Gregor. ix. Carthuſien.

§. 4.

Quare nullæ eccleſiaſticæ, vel ſæculares perſonæ quacumque dignitate præditæ aliquem ex prælatis, vel monachis huius Congregationis abſque ſuperiorum licentia apud eos diuertentem recipere, & penes ſe retinere audeat, etiam prætextu arctioris vitæ Ordinis, vel obſeruantiæ, etiam auctoritate quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, in quibus de prælato, monacho, & Congregatione huiuſmodi nominatim expreſſa mentio facta non fuerit. Recipientes verò, ſi intra tres dies, poſtquam eis præſens priuilegium innotuerit, prædictum prælatum, vel monachum eidem Congregationi cum effectu non reſtituerint, vel à ſe realiter abiecerint, excommunicationis ſententia innodati ipſo facto exiſtunt, à qua niſi in mortis articulo vel à Sede Apoſtolica abſolui nullo modo poſſunt. Leo x. Congregat. Camand. nu. 41. & Iul. ij. Congr. Montisoliueti priuil. 31. fol. 80. & S. Iuſtinæ in priuil Montiſolíueti 52. fol. 202. & Innoc. iiij. Minorib. conceſſit, quò d retinentes fratres ſuos fugitiuos, & ipſi fugitiui ſint ipſo iure excommunicati, vt Monumen. eorum fol. 260. conceſſ. 651. nec non eiſdem auxilium, conſilium, aut fauorem præſtantes. Iul. ij. Compend. Minorum verbo apoſtata. §. 24. in fine.

§. 5.

Porrò regularis ſuperior quoſcũq; monachos ſuos fugitiuos, & apoſtatas ſine alia requiſitione, aut ordinariorum, ſiue dioceſanorum licentia, vbique, & in quocumque habitu reperti fuerint, tamquam apoſtatas excõmunicare, incarcerare, & cuicumque Ordinis rigori, necnon inuocare ſuper hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachij ſecularis. quod ſub obteſtatione diuini numinis exhiberi præcipitur, & contra eoſdem appellatione poſtpoſita procedere poteſt. Celeſt. v. ſuę Congrega. num. 45. & 46. & vt in ſuprad. §§. & Compend. Societatis Ieſu verb. apoſtata. §. 6. refertur: etiamſi in Romana Curia inueniantur, vt in Marimagno Seruorum fol. 63. & 150.

§. 6.

Quòd ſi fugitiui, & apoſtatæ huiuſmodi, ſeu etiam pro alijs ſuis culpis ab Ordine eiecti ad ſeculum, vel ad laicatum redierint, aut ad aliam religionem, & ordinem ſine licentia, vt præfertur, ſuperiorum tranſierint ab omni promotione ad dignitates, & adminiſtrationes eccleſiaſticas, vel ſeculares efficiuntur inhabiles, ita vt prædicandi, confeſſiones audiendi, vel docendi munus aſſumere non præſumant, Congregatio. Celeſtinor. nu. 46. & 47. aliàs excõmunicari, & excommunicati denunciari poſſunt. Innoc. iiij. vt Monum. Minorum fol. 120. conceſſ. 261.

§. 7.

Quin etiã eoſdem apoſtatas nominatim ex-

com-

communicatos,& taliter notatos prælati eccleſiarum,cum requiſiti fuerint,in proprijs ſuis eccleſijs denunciari facere debent,vt tunc demum eum ſe cognouerint humano ſolatio deſtitutos ad reddendum Deo votum,quod emiſerunt,reuertantur. Innocen.iiij.vt Compend.Minorum verb.apoſtata. §.3.& eorum Monum. fol. 121. conceſſ. 163. & Paul. iij. Societa. Ieſu, vt illius Compend.hoc verb.§.7.etiāſi in Romana Curia inueniātur,vt eod.Monum.Minor.fol. 186. conceſſ. 469.

§. 8.

Præterea ſuperiores Regulares contra quoſcumque huiuſmodi fugitiuos apoſtatas retinētes, ſiue clerici ſint,ſiue laici, excommunicationis ſententiam promulgare poſſunt. ita Collectarius Compendij Minorum hoc verb. §.7.& 14.dicens eos eſſe ipſo facto ab officio,cui præſunt,& ad actus legitimos exercēdos inhabiles.

§. 9.

Eiectis verò, & fugitiuis huiuſmodi a ſuis monaſterijs,litteræ, quas poſtea vt ſuperioribus inuitis in eiſdem recipiantur impetrauerint,nullatenus ſuffragantur niſi nominatim,& expreſsè appareat de mente ſummi Pontificis,quod huic indulto derogare voluerit, quibus etiam talis clauſula ſit appoſita,& inſerta,ſcilicet, *Priuilegijs, & indultis Congregationis, de quibus expreſſa mentio fieri deberet, non obſtantibus*. Eugen. iiij. Congregatio.Montiſoliueti priuil. 31. fol. 74.

S. Iuſtina priuil. 51. fol. 194. & priuil. 52. fol. 203. & Leo x. Camand. num. 26.

§. 10.

Verùm quicumque huius Congregationis Abbas fugitiuos cuiuſcumque monaſterij ſui ab excommunicationis, & apoſtaſiæ ſententia abſoluit, & ſuper irregularitatè ex eadem prouenienté quoties opus fuerit cùm eiſdem, etiã ſi illiùs ſubditi non ſint, diſpẽſat, Iulius ij. priuil. 19. num. 4. ita tamen, vt intra certum tempus ab eodem Abbate præfigendum, Generali Reformatori, ſeu Abbati monaſterj, à quo exijt, perſonaliter impedimento ceſſante legitimo ſe præſentare teneantur: aliàs in prioris excommunicationis, & apoſtaſiæ ſententias, irregularitatemq; taliter contractam eo ipſo recidunt, vt d. priuil. 19. num. 5. quibus Generalis Reformator monaſterium ad inhabitandum aſſignat, vt ibidem num. 3.

§. 11.

Generalis autem Reformator, & alij monaſteriorum Abbates omnes, & ſingulos apoſtatas, criminoſos, incorrigibiles, aut delinquẽtes monachos, & ſubditos eiuſdem Ordinis, quos iuxta illius inſtituta, & definitiones commode de crimine cõmiſſo punire nequiuerint, non ſolum pœnis in ſtatutis Ordinis contentis, ſed etiam ſi eorum demerita, & exceſſus id exigerint, arctioribus, & tam per ſe, quàm per locorum ordinarios, & officiales, ſeu alios mi-

niſtros capere, & carcerum cuſtodiæ mancipa-
re, torquere, ac torqueri facere, & punire poſsũt.
Ita tamẽ, quòd ſi eorũ exceſſus adeo graues, & enor-
mes fuerint, quòd illorũ occaſione quæſtionibus,
& tormentis ſubdi debeant. (citra tamen vlti-
mi ſupplicij, mutilationiſque membrorũ pœ-
nas) eiſdem ſubijci nequeant, niſi cum duo-
rum ex antiquioribus monaſterij, vbi hæc agẽ-
tur, monachis præſentia, & aſſenſu. Pius ij. Car-
melitis, vt Compend. Minorum verb. apoſtata.
§. 17. & totum Monum. fol. 175. conceſſ. 409.
vide Ordinis definitiones.

§. 12.

Poteſt tamen idem Generalis Reformator cũ
aſſenſu maioris partis Conuentus, vbi profeſſio-
nem emiſerit, ex iuſta vel neceſſaria, ſeu ratio-
nabili cauſa concedere licentiam cuiq; ſuo Re-
gulari tranſeundi ad aliam parem, vel ſtrictio-
rem religionem; Eugen. iiij. priuil. 10. num. 19.

§. 13.

Sed ſi intra terminum ab eodem Generali in
litteris in forma neceſſaria aſſignatum ad ſe ad
aliũ Ordinẽ, ſeu Religionẽ transferendũ, non ſe
trãſtulerit, cũ effectu, vel ex eadem profeſſione
nõ emiſſa exierit, & ad ſeculũ redierit, vel ad a-
liã Religionẽ laxiorẽ trãſierit, poſsũt eius ſupe-
riores, quãdocumque, & vndecũq; eũ recupera-
re, & ad monaſteriũ reducere, & contra eũ tan-
quam contra apoſtatam procedere, non obſtan-
tibus quibuſcumq; litteris Apoſtolicis, ſub qui-

buſuis, etiã derogatoriarum derogatorijs emanatis, & etiã cum Iudicum deputatione, & quibuſcumq; cenſuris ab eis fulminatis. Leo x. Minorib. vt eorum Compend. verbo apoſtata. §. 8. & 29. & Congregat. Celeſtinorum num. 35. & Montiſoliueti Iulius ij. priuil. 31. fol. 74. & 80. & Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 10.

§. 14.

Cæterum cum nulla cauſa inter Monachos in Curia committi poſſit, vt verb. appellare. §. 1. dictum eſt: ſi tamen ratione fugæ, & apoſtaſiæ committi contigerit, ad ipſum ſummum Pontificem auocatur, & pænitus aboletur, vt refertur Cõpend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 12. & lib. Heremitarum, fol. 41. pag. 2.

Tametſi iure communi cautum non reperiatur, fugitiuum, qui animo redeundi ſine ſuperioris licentia extra monaſterium vagatur excommunicatum eſſe: id tamen in hac noſtra Congregatione per priuilegiũ Eugenij iiij. quod ſeptimum eſt, inductum apparet. Vnde conſequitur fugitiuum Religionum, quæ huiuſmodi legi non ſubduntur, peccare quidem: quia obedientiæ votum infringunt, Nauar. poſt alios in Comment. 4. de Regularib. num. 35. excommunicationem tamen non incurrere. Quod etiam ſatis ſentit Concilium Trident. quatenus cap. 4. de regularib. ſeß. 25. habet: Regularem ſine ſuperioris ſui licentia extra monaſterium repertum tamquam deſertorem ſui inſtituti puniri poße: dicho enim tamquam ſimilitudinem

tem denotat, l. 3. §. ſi filiusfamil. ff. de pecul. & adnotat idem Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 133. Atque ita prælatus poteſt huiuſmodi fugitiuum tamquã ſeruum vbicumque repererit cum omnibus ab eo adquiſitis, quæ monaſterio, in quo profeſſionem emiſit, cedunt, vendicare, & capere, iuxta Abbatem in cap. final. de regula quem in hoc citat, & ſequitur Nauar. in Commenta. 2. de regular. b. num. 33. vbi quid de dictis iuſtè, vel iniuſtè ab Ordine, & monaſterio dicendum ſit, & quibus ab eis acquiſita debeantur latè, & reſolutè tradit. Quis autem ſit à religione apoſtata, & quid differat a fugitiuo verbo apoſtata dictum extat.

FVNERALIA PVBLICA.

§. 1.

His inuiti non tenentur huius Congregationis Monachi intereſſe. Leo x. Congregat. Camand. num. 45. & Iul. iij. Montisoliueti priuil. 31. fol. 83. & Eugen. iiij. ibid. ex S. Iuſtina priuileg. 45. fol. 161.

GENERALIS REFORMATOR.

§. 1.

Generalis Reformator huius Congregationis ſingulis trienniis certo modo, & forma, vt in conſtitutionibus, & definitionibus eius conſtat, à monachis eligitur. Eugen. iiij. priuil. 4. num. 8. qui quidem cumprimum concorditer electus

eſt eo ipſo fit verus ipſius Congregationis Generalis ſuperior; & tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus poteſt officiũ ſuum exercere. Celeſt.v.Cõgreg.ſuę nu.11.& Marimagno Seruor. fol.56. nu. 9. auctoritateque Apoſtolica confirmatus ibtelligitur, vt refertur ex Auguſtinianis, Compend.Societa.Ieſu hoc verb. §.1.

§. 2.

Cui quidem ſoli quæcumque reformata, & reformanda monaſteria, eorumque Monachos in ſpiritualibus,& temporalibus, & nulli alij ordinario,vel ſuperiori ſeculari, ſeu regulari prælato, vel Capitulo etiam generali Ciſtercienſis Ordinis ſubiectos eſſe declarauit Eugen. iiij. priuil.4.nu.5.

§. 3.

Eidemq; bona quorumcumq; monaſteriorũ ſuorum mobilia, vel immobilia alienandi,permutandi,vel in emphiteuſim perpetuam,vel ad tempus concedendi,& bona mobilia vnius monaſterij alteri applicandi poteſtas competit, vt verb.alienatio.§.1.& verb.bona.§.1.

§.4.

Qui tamen Generalis, Abbateſque quorumcumque monaſteriorum Congregationis trienales ſunt,& per triennium monaſteriis, quibus pręficiuntur,tantum durant. Eugen. iiij. priuil. 6.& ſupra verb. Abbas.§.11.

§.5.

Porrò Generalis omnia,& quęcumq; mona-

ſteria, & loca religioſa eiſdem priuilegijs, & immunitatibus potitura erigit, vide verb. eccleſiæ, & verb. monaſteria.

§. 6.

Ac in eorumdem erectione primum lapidẽ Pontificali more, eccleſiaſque, cœmeteria; ornamenta, & corporalia benedicit, & eccleſias pollutas recõciliat. vide verb. benedicere. verb. eccleſiæ. & verb. corporalia.

§. 7.

Et licet ipſe Generalis, ſicut nec alij Congregationis Abbates, munus benedictionis nõ accipiat: omnibus tamen, & ſingulis priuilegijs benedictis competentibus, vti poteſt, vt verb. Abbas. §. 3. & minores ordines ſuis ſubditis confert. vide verb. ordines.

§. 8.

Atque ita in foro conſcientiæ à peccatis, & cenſuris omnibus abſoluit, & ſuper irregularitatibus diſpenſat, vide verb. abſolutio quo ad monachos, & quo ad ſeculares, per totum, verbo diſpenſatio, & verbo nouitius. in eiſdemq; Confeſſorem ſibi eligit, vt verbo abſolutio quo ad monachos. §. 8.

§. 9.

Quin etiam in quibuſcumq; Cõgregationis monaſterijs omnia illa in ſpiritualibus, & temporalibus, liberè, ac licitè exercere poteſt, quę in Ordine ipſo quibuſuis prælatis in quibuſ-

cumque caſibus conceſſa ſunt, ſiue per eoſdem fieri conſueuerunt. Mart. v. priuil. 1, num. 11.

§. 16.

Poteſtate autem conceſſa à Iulio ij. Ordini Prædicatorum eorum priuil. lib. fol. 173. poteſt præfatus Generalis auctoritate Apoſtolica quo ad ſerenitatem, & tranquillitatem conſcientiarum ſibi ſubiectarum dumtaxat, declarare dubia, quæ ſuper noſtris conſtitutionibus, priuilegijs, indultis, gratijs, & exemptionibus à Sede Apoſtolica cõceſſis, & concedendis, emerſerint, vt refertur Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 5. & 6. ex Iul. ij. & Gregorio xiij.

§. 17.

Verùm ſi durante officij ſui tempore per ſe, vel per aliũ, ſeu alios directè, vel indirectè circa electionem futuri ſucceſſoris inordinata affectione quemquã inducere, aut exhortari tractauerit, tam ipſe, quàm ſibi adhærentes, & cõplices, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrunt, à qua inconſulto Romano Pontifice abſolui nequeunt: & inſuper inhabiles ad quaslibet electiones in Ordine celebrãdas redduntur, omnique honore, & culmine dignitatis carent. quàm pœnam etiam incurrit is, qui de ſe ipſo, vel alia quauis perſona, in quam omnes, & ſinguli de Capitulo generali, aliàs fortè non præberet aſſenſum, electionẽ tacitè, vel expreſſè ſolicitauerit, Ioann. xxiij. Congregat. Montis oliueti priuil. 2. fol. 40.

Tametſi

Tametſi hoc priuilegium bono Religionum, & regularium perſonarum regimini, quietiq; conſulat, cũ tendat ad euitanda peccata non pauca, quæ in huiuſmodi electionibus paſſim admittuntur, quæque ipſas electiones nullas, & irritas reddunt, quales ſunt, quas ambitioſas, clandeſtinas, & ſecretas vocãt, vt in cap. cum poſt petitam. & cap. quia propter. de elect. cap. 1. & 2. & cap. ſi tranſitus. 79. diſt. & notat Silueſter in ſumma verb. electio. 1. q. 10. quia tamen admodum pœnale eſt & odioſum, ad illud acceptandũ cautè procedendum, matura cum deliberatione eſſe arbitror, ne pœnitere contingat. Nota tamen, quod ſi electio ſecundum ius naturale facta ſit, id eſt ſi in ea legitimus eligentium cõſenſus interuenit, licèt ob defectum iuris humani caſſari poßet, valet quo ad forũ conſcientiæ ſecundum Innoc. in cap. quod ſicut. nu. 8. de elect. quem ad aliud propoſitum allegat, & ſequitur Nauar. in Comment. de ſpolijs Clericor. §. 2. num. 6.

§. 12.

Porrò tranſumpta, & exemplaria quorumcũque inſtrumentorum, priuilegiorum, & Apoſtolicarum conceſſionum proprio Generalis præfati ſigillo firmata, & ſigillata, eamdem omnino vim habent, ac illis eadem fides adhiberi debet, acſi plumbi ſigillo eſſent obſignata, Iul. ij. Auguſtinianis, motu proprio, ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, vt Compend. Minorum hoc verbo §. 4. & Monumen. fol. 267. conceſſ.

698. & ſupplem. fol. 123.

§. 13.

Abſolutio autem, & depoſitio ab officio ipſius Generalis Capitulo generali competit, quod ſi monitus renunciare renuat, elapſis duobus diebus ipſo facto iuriſdictione, & poteſtate priuatus intelligitur. Eugen. iiij. priuil. 1. nu. 1. & 2. & priuil. 14. nu. 7. & Ioan. xxiij. Congreg. Montiſoliueti priui. 26. fol. 40. vide Ordinis definitiones.

§. 14.

Cœterum cum ipſe Generalis religioſarum perſonarum huius Congregationis, earumque actionum, & orationum ſuperior ſit, poteſt eaſdē quibuſuis Ordinis benefactoribus communicare, vt verb. communicatio priuileg. §. 5. dictum eſt.

§. 15.

Poteſt etiam quoſcunq; monachos, & Ordinis profeſſos huius Congregationis in omnibus & ſingulis caſibus, in quibus ſummus Pænitentiarius ex officio ſuo abſoluit, iniuncta pro modo culpæ pænitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda, abſoluere. quam facultatem ſuo præſidenti committere, & delegare poteſt. Bonif. ix. Congreg. Montiſoliueti priuil. 17. fol. 37.

§. 16.

Quomodo autē poſſit colleggia erigere, fructuſque eiſdem aſſignare, & monachos ad eadem

de mittero, vide verb. Collegia.omnia, & quæcumque dubia circa regulam, & conſtitutiones cum Capitulo generali declarare, ac interpretari vide verb. Capitulum generale. licentiamq; monachis ad aliam ſe religionem transferendũ concedere, vide verb. tranſire. & verb. fugitiuus. & eoſdem ab Ordine eijcere vide verb. eijcere, & expellere. cum illegitimis ad generalatus, & abbatiarum dignitates diſpẽſare, verbo diſpenſatio ordina. & extraordin. §. 13. & 14.

§. 17.

Quo fit, vt finita vniuſcuiuſque monaſterij, ac illius monachorum viſitatione, eoſdem abſoluat, & indulgentiam concedat, vt verb. viſitatores §. 5. apparet.

§. 18.

Et quoad bullam Benedictinam, tametſi ſuſpenſa ſit; & quoad nos minime recepta, imo de Apoſtolica licentia renunciata, diſpenſat. Eugen. iiij. priuil. 10. num. 21.

GRANGIÆ.

§. 1.

Grangias conſtruere, inibique eccleſias, capellas, & oratoria, in quibus officia diuina celebrari poſſint, ſine loci ordinarij, vel diœceſani, ſeu alterius cuiuſcumque licentia ædificare, vbi vaſſallorum, colonorum, &

in-

incolarum ibidem commorantium cõfeſſiones audiri, & eiſdem pœnitentia ſalutari iniungi, Euchariſtiamque, & alia ſacramenta (ſine parochiæ præiudicio) per monaſteriorum Abbates, & ſuos monachos ad id deputatos miniſtrari liberè, & licitè valeant, nobis conceſſit Alexander vj. priuil. 16. num. 5. & 6.

Quomodo prædictis obſtet Concil. Trident. vide ſupra verb. altaria. §. 3: quid autem verba illa, ſine parochię præiudicio, ſiue, ſaluo iure parochiali, comprehendant declarauit Sixtus iiij. ſcilicet decimas, & primitias illis tantum comprehendi, quę clericis à laicis ſoluendæ ſunt, vt Compendio Minor. verb. parentes. §. 3. & Monum. fol. 185. conceſſio. 465.

§. 2.

Grangias Ciſtercienſium monaſteriorum, ſicut eccleſiarum atria, à prauorum hominũ incurſu, & violentia liberas, & quietas eſſe debere, ita vt nemo in eis hominem capere, ſpolia, aut rapinã exercere præſumat, in virtute S. Spiritus inhibendo ſtatuit Eugen. iiij. priuileg. 31. Ciſtercien.

GRATIARVM VSVS.

§. 1.

S. D. N. Sixtus v. per breue ſub anulo Piſcatoris anno 1586. de quo ſupra verb. communicatio.

catio. §.2. huic noſtræ Congregationi indulſit, vti, frui, potiri, priuilegijs, gratijs, & indulgentijs, etiam plenarijs quibuſuis Ordinibus, & eorum Congregationibus, monaſterijs, & perſonis, coniunctim, vel diuiſim, etiam ad inſtar, aut æque principaliter, & etiam per communicationem, ſeu aliàs quomodolibet conceſſis.

§. 2.

Quòd autem per bullas Cruciatę, iubilæorũ, confeſſionalium, & alias quaſcumque non poſſint monachi noſtri eligere ſibi confeſſarium, dictum eſt ſupra verb. bulla cruciata §.1.& 4.

§. 3.

Quæcumque verò priuilegia, indulta, indulgentiæ, abſolutiones, diſpenſationes, remiſſiones, & gratiæ quocumque modo noſtræ Congregationi conceſſa, ſeu in poſterum concedenda Generali Reformatori conceſſa eſſe intelliguntur, illaque per ſe ipſum vel alium, ſeu alios ab eo, ſeu eius commiſſione electos, ſeu eligendos quibuſcumq; locis, & perſonis Congregationis communicare liberè, & licitè poteſt, quæ aliter, nec alio modo eis non ſuffragantur. Gregor. xiij. Societati Ieſu, vt illius Compend. verbo communicare. §. 5. Quam communicationem poteſt ipſe Generalis limitare ad vſum vnius priuilegij, facultatis, & gratiæ, & in alijs prohibere, eodem Compend. hoc verbo §. 2.

HABI-

§. 1.

Monachi huius Congregationis habitum ſecundum eius antiqua ſtatuta ordinatum tam intra, quam extra monaſteria debent in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latę ſententię pæna deferre, a qua niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo abſolui nequeunt. Non obſtantibus quibuſcumque indultis, ac priuilegijs in contrarium obtentis, Innocen. viij. priuil. 123. Ciſtercien. eiuſq; color niger, ſeu albus eſſe debet, Sixt. iiij. priuil. 100. Ciſtercien.

Adde ex Concil. Trident. ſeſſio. 25. cap. 19. de regularib. quod nec etiam licentia ferendi habitum occulte cuiquam Regulari danda eſt. ex quo ſequitur eſſe prohibitum ſic geſtare.

§. 2.

Nullúſque ſimilem habitum, niſi huius Religionis monachus ſit, deferre audet. alias per cenſuras eccleſiaſticas ab ordinario ad illius depoſitionem appellatione poſtpoſita compelli poteſt. quod ipſe ordinarius requiſitus ſub ſuſpenſionis pæna ipſo facto incurrenda exequi tenetur. Celeſt. v. ſuę Congreg. nu. 48. & Marimagno. Seruorum nu. 60.

§. 3.

Et vt homines ad regularē diſciplinam propenſiores,ac procliuiores redderentur, conceſſit Sixtus iiij.Minorib.vt quiſq; in die receptionis habitus illius Religionis, & etiā in die obitus indulgentiam plenariam conſequatur,vt illorum Monum.fol.67. conceſſ. 114. vide verb. indulgentia. §.4.Quomodo autem habitu quis ſpoliari poſſit, vide verbo eijcere. & verbo fugitiuus.

HÆREDITAS, ET SVCCESSIO.

§. 1.

Quæcumque bona parentum, ac aliunde ratione ſucceſſionis, vel alio iuſto titulo profeſſis monachis obuenientia poteſt monaſterium, in quo profeſſi ſunt,liberè petere, ac licitè retinere, perinde acſi in ſeculo remanſiſſent. Innoc. iiij. & confirmatum fuit à Pio ij. priuileg. 86. Ciſtercien. At quæcumque hæreditates, legata, & fideicommiſſa quomodocumque de iure monachis, ſeu monaſterijs delata per mediam perſonam nomine Ordinis exigi, adiri, & retineri poſſunt. Pius ij. Congregat. Montiſoliueti priuil. 25.fol.55.& Iulius ij.priuil.31.fol.85.& Eugen.iiij.Congregat.S. Iuſtinæ, vt Compend. S.Bened.Hiſpa.nu.10.& etiā bona, quæ monachis ante profeſſionē cōpetebāt,monaſterio ſuo acquirūtur,ibid. & Camād. Leo x.nu.55.& 56.

L & Præ-

& Prædicatorib. vt Compend. Minorum hoc verb.§.1.& Clemens iiij. Carthuſien. fol. 14.

§. 2.

Etiamſi ſint feudalia, & etiam eccleſiaſtica; modò ad onera impoſita teneātur. Quid autem ſi ſub aliquibus conditionibus, vel ad certum numerum generationum, vel nominationum donata, vel legata fuerint, vide verb. bona. §. 4.

Hoc ita; quia ſeruus, & filiusfamil. legatarij, & hæredes effecti, patri, & domino acquirunt, l. cum proponas. C. de hęred. inſtituen. ita etiam Religioſus hæres inſtitutus, vel cui per teſtamentum, vel aliam vltimam volūtatem ſucceſſionem, vel etiam inter viuos aliquid relictum eſt non ſibi, ſed monaſterio quęrit, cap. in præſentia. de probatio. authen. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. Quin nec propter ingratitudinē ante religionis ingreſſum commiſſam exhæredari poteſt, cap. non liceat. & ibi gloſs. 19. q.: vnde vſusfructus, quem habet ingrediens monaſteriū, durante vita eius quæritur monaſterio ſecundum doctrinam gloſſę, & Bart. in authen. idem eſt. C. de bonis quæ lib. etiamſi ſit pater habens vſumfructum in bonis filij ratione patriæ poteſtatis, quo caſu iuxta multorum opinionem filius petere non poterit legitimam in ipſius bonis, donec moriatur; licèt contraria ſit æquior, & iure pontificio probabilior, vt tradit Nauar. in Comment. 2. de regular. num. 48. quam tamen ex doctorum rationibus perpendendam relinquo.

HÆRE-

Monachi huius Congregationis poſſunt in hæreticorum,& excommunicatorum, vel ſchiſmaticorum terris liberè commorari, & cum eiſdem in ijs, quæ ad eorum ſalutem pertinēt animarum conuerſari, ab eiſque neceſſaria ad victum depoſcere, ac accipere. Paul.iij. Compēd. Societatis Ieſu, verb. hæretici. vide ſupra verb. abſolutio.& verb.excommun.

Hæreticus quantumcumque pertinax, & formalis non eſt excommunicatus, niſi aliquo ſigno exteriori verbo, ſcripto, vel opere hæreſim ſuam patefecerit: ita quod ex natura illius actus ſciri potuerit: aliàs enim dicitur hæreticus occultus per ſe, & ſuapte natura, cuius hæreſis nullo modo probari poteſt, iuxta doctrinam Caiet. 1.2. q. 11.art. 3.& nemo ob ſolum actum mentalem per legem humanam excommunicari poteſt, vt probatur per doctrinam S. Thomæ 1. 2. q.91.art.4. quam tenet ea nō relata Caiet. vbi ſupra, allègans illud 1. Regum cap. 16. Homo videt, quæ patent, Dominus autem intuetur cor. & Iacob. Almaynus de auctorita. Eccleſiæ. cap. 4. & Syluest. verb.excommunicatio. 7 caſu 2.& verb. hæreſis q. 8. poſt Angel. verb. hæreticus.num.1.eo quod poteſtas, & lex humana non attingit actus omnino interiores. Ex quo ſequitur, huiuſmodi hæreticum mentalem poſſe ab vnoquoque Confeſſario abſolui: quia nullus caſus dicitur Papæ reſeruatus, niſi ratione cenſu-

ra, Caieta. in ſumma. verb. caſus. & Nauarr. in Manual. cap. 27, num. 261. Quomodo autem excuſentur, qui ſine licentia, & priuilegio Papæ cum hæreticis in eorum terris conuerſantur, vide Nauarr. in d. cap. 27. num. 35. & in Miſcell. 47. de oratio. Aduertendum, quòd facultas epiſcopis per Conciliũ Trident. cap. 6. de refor. ſeß. 24. tradita ſcilicet, abſoluendi per ſe ipſos in caſu hæreſis, ſublata poſtea fuit à Gregorio xiij. in bulla Cœnæ, vide ſupra verb. diſpenſatio. ordina. & extra ord. §. 8.

HOMICIDIVM.

Vide verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. & 11. & verb. diſpenſatio. §. 1. 6. & 7.

Licèt Cõcilium Trident. cap. 7. de refor. ſeſſio. 14. omnino prohibeat diſpenſari cum homicidis voluntarijs, quod ipſum repetere videtur cap. 6. de reform. ſeß. 24. dando epiſcopis facultatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta, inquit, ea, quæ oritur ex homicidio voluntario: illud tamen, & ſimilia iura intelligenda ſunt de homicidio iniuſto per induſtriam, & inſidias intento, & perpetrato, non autem de homicidio auctoritate legitima, & iuſta de cauſa commiſſo, quod irregularitatem quidem parit, ſed non indiſpenſabilem, cap. miror. cum multis alijs. 50. diſtin. etiamſi fiat à ſacerdote, vel religioſo, quamuis id faciendo peccent, cap. penult. de homicid.

Quod

Quod melius in Iudice legitime ad mortem aliquem condemnante, & in ipſo iuſtitiæ miniſtro verificatur, in quibus, & ſimilibus caſibus poteſt quilibet Ordinis Confeſſor per noſtra priuilegia, & conceſſionem Gregorij xiij. abſoluere, & diſpenſare, vt rectè adnotatum fuit à doctiſſimo, integerrimoque, atque in Religionis obſeruantia accerrimo patre mihi plurimum ſuſpiciendo, qui primus priuilegiorum, & definitionum Congregationis indagines aperto cale tranſire aggreſſus fuit: quique ad hoc allegat Caieta. in ſumma verbo irregularitas. Armillam eodem verb. Couar. de homicid. 2. part. §. 3. num. 3. & Nauar. in Manua. cap. 27. num. 240. quem de hoc latius tractantem allegare potuiſſet in Commenta. in rubri. de iudi. a num. 104. & per hæc declarata remaneant priuilegia noſtra quo ad diſpenſandum cum homicidis monachis, & Religionem ingredientibus.

HORAE CANONICAE.

Vide verb officium diuinũ. & verb. interdictũ.

IEIVNIVM.

§. 1.

Indulgentias, abſolutiones, & diſpenſationes perſonis Religioſis huius noſtrę Congregationis in foro conſcientiæ cõceſſas conſequuturi debent per vnum annum à die, quo talis gratia ad eorũ notitiam peruenerit, computandũ, ſingulis

ſingulis ſextis feriјs, (impedimento ceſſante) ieiunare, vel alia die ſingularum hebdomadarũ ſupplere, vel ſi impediti in toto, vel in parte adimplere nequiuerint, eorum Cõfeſſor in alia pietatis opera, prout animabus eorum expedire iudicauerit, commutare poteſt, aliàs conceſſio ipſa nullius exiſtit roboris, & momenti. Eugen. iiij. priuileg. 5. num. 7. & vide verb. indulgentia. §. 30.

§. 2.

Ieiunia verò, & abſtinentię profeſſorũ vtriuſque ſexus Congregationis, quibus per regulam aſtringuntur, poſſunt ob complexionum diuerſitatem, & ſecundum temporum, locorumque conditionem arbitrio Generalis Reformatoris moderari, ac relaxari. Mart. v. Marimagno Seruor. fol. 73. num. 34.

§. 3.

Verùm Concionatoribus actu concionantibus, cõceſſum eſt, vt ſine ieiunij violatione poſſint pro ſua cõſolatione anticipare, vel poſtponere horam comeſtionis, & ſerotinę collationis. Leo x. Minoribus, vt eorum Compendio hoc verb. §. 6.

§. 4.

Quando autem poſſit Abbas diſpẽſare in ieiunijs de præcepto Regulę obſeruandis, & in ieiunijs Eccleſiæ quo ad eſum prohibitorum, vide verb. diſpenſatio. §. 21. in Ordinis definitionibus ex priuil. 10. Eugen. iiij.

§. 1.

Ad noſtras eccleſias confugientes à quocũque ſub excommunicationis latæ ſententię pœna, extrahi, aut capi prohibentur. Clem. vij. Ordini S. Ioannis Hieroſolimitani, vt refertur Cõpend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 1. Appellatione autem eccleſiarum, etiam collegia, domus, & omnia, quæ eorum ambitu includuntur comprehendi Seruitis declarauit Innocen. viij. vt vbi ſupra §. 2.

§. 2.

Ab Alexandro verò iij. Celeſt. iij. Innocen. iij. & Innocen. iiij. Carthuſia. conceſſa fuit immunitas, ne quis ſub interminatione anathematis audeat intra terminos monaſteriorum, vel domorum Ordinis vllum hominem capere, furtum, vel rapinam committere, homicidium perpetrare, aut homines domos Ordinis euntes, aut ab eis recedentes quomodolibet perturbare, vide verb. exemptio per totum.

IMPETRARE.

Quòd non liceat cuiquam monacho aliqua indulta impetrare, nec eis aliqualiter uti, vide verbo appellare, verbo beneficia eccleſiaſtica. verbo bulla cruciata. verbo confeſſarius, & cõfeſſionale. verb. fugitiuus. verb. gratiarum vſus.

& verbo priuilegia.

INCARCERARE.

Monaſteria, ſeu quæcumque alia loca Congregationis nõ poſſunt loco carceris alicui perſonæ eccleſiaſticæ, ſeu laicæ à quoquam deputari, nec nos inuiti ad hoc compelli. Leo x. Camandul.nu. 46.vide verb.correctio. exemptio. & fugitiuus.

INCORRIGIBILES.

Monachos incorrigibiles poſſe Ordinis habitu ſpoliari, & ab Ordine eijci, & ſic pro ſuis culpis, & demeritis eiectos prædicare, confeſſiones audire, vel docere non debere, vide verb. fugitiuus. & verb. habitus.

INDVLGENTIA, ET REMISSIO.

§. 1.

Reformator Congregationis generalis quorumcumque Ordinis, Abbatum, monachorum, nouitiorum, & conuerſorum, præſentium, & futurorum confeſſionibus diligenter auditis, & ſatisfactione peracta, poteſt illis, qui non ex confidentia huius remiſſionis peccarunt, quique in obedientia S. Romanæ Eccleſiæ permanſerint ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo præter abſolu-

abſolutionem,& diſpenſationem,plenariã quoque remiſſionem omnium peccatorum,de quibus contriti, & cõfeſſi fuerint auctoritate Apoſtolica impartiri. Eugen. iiij. priuil. 5. num. 4. & vide verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. & 13.& ibi notata.

§. 2.

Quicumque verò Ordinis Confeſſor poteſt in mortis articulo quibuſuis huius Congregationis Abbatibus, Abbatiſſis, prioribus, monachis, militibus, monialibus, nouitijs, conuerſis, donatis, familiaribus, continuis commenſalibus, æconomis, procuratoribus,& alijs perſonis vtriuſq; ſexus eiuſdem Ordinis in confeſſione auditis omnium peccatorum plenariã remiſſionem, ac ſanctiſſimum iubileũ,ſiue omnes,& ſingulas indulgentias per Romanos Pontifices Chriſtifidelibus anno iubilæi perſonaliter Romam euntibus, & eccleſias ad hoc deputatas viſitantibus quouis modo conceſſas, acſi eò perſonaliter accederent, & omnia ad huiuſmodi conceſſionem ordinata facerent in obedientia,& deuotione S.Romanæ Eccleſiæ perſiſtentibus auctoritate Apoſtolica concedere. Eugen.iiij.priuil.9.num.1.& vide verb.abſolutio quo ad monachos.§.13.& ibi notata.

§. 3.

Quinimmo à Martino v. Eugenio iiij. Celeſtino v. Pio ij. & à Sixto iiij. conceſſum eſt, vt Monachi in mortis articulo, ſi copiam Con-

feſſoris

ſeſſoris habuerint ab eodem indulgentiam plenariam obtinere poſſint, ſin minus in ſtatu gratiæ decedentes eandem conſequantur, vt Compend. Minorum hoc verb. §. 1.

§. 4.

Quam etiam conceſſit idem Sixtus iiij. monachis in die receptionis habitus, ac in die obitus, d. Compend. §. 2. & Iul. ij. in imis, vt Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 4. vide verbo habitus. §. 3.

§. 5.

Pręterea quilibet monachus ſingulis annis in feſto Natiuitatis glorioſæ virginis Mariæ poteſt Confeſſorem ſibi eligere, qui eũ ab omnibus ſuis peccatis, & exceſſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluat, plenariamque illorum remiſſionem concedat. Sixtus iiij. Carthuſ.

Licèt remiſſio peccati, & indulgentia peccati idẽ ſint: remiſſio tamen omnium peccatorum, & indulgentia plenaria differunt tamquam genus, & ſpecies: quia remiſſio omnium peccatorũ, vt hæc videtur pleniſſima, & maior indulgentia plenaria, Nauarr. in Commenta. de indul. notab. 8. num. 3. & notab. 9. num. 10.

§. 6.

Porrò Abbatibus, Abbatiſſis, monachis, monialibus, conuerſis, nouitijs, oblatis, commiſſis, officialibus, & donatis quorumcumque mona-

ſteriorum

ſteriorum Congregationis vtriuſque ſexus tam intra, quàm extra eorum ſepta exiſtentibus, qui duo, vel tria altaria monaſteriorum prædicto-rum, ſeu aliarum eccleſiarum, per eorum ſingulos eligenda Quadrageſimæ, & alijs temporibus ſeu diebus ſtationum almæ Vrbis [viſitauerint, ibidemque aliqua pia ſuffragia pro eorum deuotione attentè recitauerint], eædem indulgentiæ, & peccatorum remiſſiones conceduntur, quę ſi eccleſias vrbis illis ſtationum earundem eccleſiarum diebus perſonaliter viſitarent, aliaque facerent, quæ pro eiſdem conſequendis requiſita eſſent, concederentur. Leo x. priuil. 22. num. 2. & 3. ita quod ſub nullis reuocationibus, ſuſpenſionibus, & derogationibus ſimiliũ, vel diſſimilium, etiam in fauorem Baſilicę principis Apoſtolorum de Vrbe, & S. Cruciata, ſeu aliàs quomodolibet emanatis comprehendantur. Iulius ij. priuil. 19. num. 6.

§. 7.

Si verò dictæ perſonæ aliqua neceſſitate, vel infirmitate præpeditæ, vel in itinere conſtitutę eccleſias pro conſequendis indulgentijs prædictis, & alijs gratijs Cõgregationi cõceſſis adire non poterunt, dicendo illud dumtaxat, quod in eccleſijs dixiſſent, illas conſequuntur, ex priuil. S. Iuſtinæ, vt refertur Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 2.

§. 8.

Prætere a quæcumque huius Congregationis perſonę,

perſonę, ſi literatę fuerint, dicendo ſeptem pſalmos pænitentiales; illiteratæ vero vigintiquinque orationes dominicas, & totidem ſalutationes angelicas in oratorijs cellarum, ſeu locorum, in quibus deuote exſoluent, eaſdem indulgentias, & remiſſiones plenarias conſequntur, quas conſequerentur, ſi illa eadem die baſilicā ſeu eccleſiam, vel eccleſias exiſtentes in vrbe, aut alia ciuitate, terra, vel caſtro, villa, ſeu alio loco diœceſis, in qua domus ipſa ſita eſt, viſitarent, & omnia illa facerent, quæ ad conſecutionem indulgentiarum huiuſmodi forent quomodolibet oportuna. Sixt. iiij. Carthuſien.

§. 9.

Itinerantes verò, vel infirmi, & debiles illud idem dicendo cum ſocio, vel ſi dicere non poſſunt, auſcultando eaſdem conſequuntur. Alexand. vj. Carthuſien.

§. 10.

Quin etiam Sixtus iiij. Minorib. conceſſit, vt illorum fratres poſſint in proprijs eccleſijs omnes indulgentias plenarias, & non plenarias, quæ ſunt Romæ in ſingulis Eccleſijs quocumque tempore, & die conceſſæ, eodem tempore, & die lucrari, eorum ſupplemen. fol. 97. & 351.

Præſuppoſita doctrina ſupra §. 5. poſita, necnon verbis horum priuilegiorum ſpecificam formam in

dulgentia-

dulgentiarum, & peccatorum remiſſionum continentium iam ceſſat dubitatio illa, An monachi plenarias indulgentias ſtationum vrbis lucrifaciant, vt ex Collectario priuilegiorum Mendicantium hoc verb. in fine, & ex Nauarro in Comment. de indulg. notab. 9. num 16. videre licet. quod confirmatur per priuilegium Gregorij xiij. circa indulgentias conceſſum. quod ad plenarias expreſſè extenditur, vt ſupra verb. communicatio.

§. 11.

Viſitantes quoquæ quinque altaria, & apud quodlibet pſal. Miſerere mei. recitantes, commiſſi verò, conuerſi, & alij, ſi litteras ignorauerint, ter orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam in vno quoque eorum intra proprias monaſteriorum eccleſias; aut ſi ob ipſius Congregationis negotia, vel alijs legitimis de cauſis extra eadem moram traxerint, vbi commodius poterunt illa recitauerint, eaſdem indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequuntur, quas conſequerentur, ſi ipſas vrbis eccleſias tunc perſonaliter viſitarent. Leo x. Congregat. Camand. num. 81. & Iul. ij. Congregat. Montiſoliueti priuil. 31. & ibidem Eugen. Congregat. S. Iuſtinæ priuil. 49. fol. 181. & priuil. 50. fol. 187.

§. 12.

Monachi autem Ciſtercien. & quicunq; Chriſti fideles, qui dum Miſſæ ſacrificiũ perficitur

pſal.

pſal. Lætatus ſum. cum quibuſdam verſic. & collectis recitauerint, aut ibidem interfuerint, viginti dies indulgentiarũ conſequuntur. Ioan. xxij. priuil. 57. Ciſtercien.

Indulgentia, quæ ſimpliciter ſine mentione iniunctionis pœnitentiæ cõceditur, vt hic, pœnitentiam etiã iniungendam comprehendit, hoc eſt debitam peccatis eius, qui lucratur indulgentiam; licèt nulla ſit iniuncta, vt probat Nauarrus in Commenta. de indulg. notab. 1. nu. 7. Concedere autem indulgentiam vnius diei, vel anni, vt ait idem Nauarrus vbi ſupra nu. 8. poſt Innoc. & communem in cap. quod autem. de pœnitent. & remiſſio. & Palud. & communem in 4. lib. diſtinct. 20. q. 4. col. 1. & alios ibi citatos; eſt remittere tantam pœnam Purgatorij, quanta remitteretur per pœnitentiam vno die, vel anno factam.

§. 13.

Trium etiam quadragenarum indulgentiam cõſequimur geniculando, cum in Matutino Te Deum laudamus. recitantes, dicimus verſicul. *Te ergo quæſumus famulis tuis &c.* centum verò dierum, quando idẽ facimus in præfatione Miſſæ, ad verſic. *Gratias agamus Domino &c.* quod idem conſequitur celebrans, ſi caput tunc inclinet. Benedict. xiij. Carthuſia.

§. 14.

Porrò omnibus monachis, etiam abſentibus à Capitulo generali huius Congregationis, qui

pro

pro felici eius ſucceſſu preces ad Deũ fuderint, & orauerint plenariam omnium peccatorũ remiſſionem indulſit Sixtus iiij. viuæ vocis oraculo Congreg. Montiſoliueti priuil. 38. fol. 125. vide verbo capitulum. §. 10.

§. 15.

Eandem etiã conceſſerat Pius ij. omnibus, & ſingulis huius Cõgregationis profeſſoribus etiã cõuerſis, & oblatis verè pænitentibus, & confeſſis, qui ex confidentia huius gratiæ procliuiores ad illicita nõ redduntur, & monaſterio, vbi Capitulum generale celebrabitur, interfuerint. Congregat. Montiſolíueti priuil. 26. fol. 59. vide verb. capitulum. §. 9.

§. 16.

Verùm quicumq; ex noſtris recitantes quinquies Pater noſter, & Aue Maria. cum Gloria patri, &c. ad finem cuiuſlibet pro felici S. Matris Eccleſiæ ſtatũ, & ſemel etiam Pater noſter. & Aue Maria. cum Gloria patri, &c. pro intentione cõcedentis, indulgentias tam Vrbis, quã Hieruſalem, & S. Iacobi in Compoſtella conſequuntur, quam etiam cõſequerentur viſitantes ſecunda die Auguſti eccleſiam S. Mariæ portiũculæ, ſiue de Angelis Aſſiſij, Leo x. Minorib. vt eorum Compend. hoc verb. §. 15. & in ſupplem. fol. 6. conceſſio. 180. adiuncto fol. 42. conceſ. 134.

§. 17.

Præterea ſacerdotes huius Congregationis,

qui

Dominicis diebus, aut alijs Domini, aut B. Mariæ feſtiuitatibus celebrant: aliæ verò Ordinis vtriuſque ſexus perſonæ quando communicāt, indulgentiam plenariam conſequuntur, Innoc. viij. Minorib. vt eorum Monum. fol. 69. conceſſ. 148. & 150. & ſupplem. fol. 43. conceſſ. 137.

§. 18.

Cæterum Reformator Generalis, & Ordinis viſitatores peracta viſitatione ordinaria quorumcumque monaſteriorum, & regularium locorum, poſſunt indulgentiam plenariam Monachis, & perſonis vtriuſque ſexus Ordinis, & Congregationis impartiri, Leo x. Minorib. vt eorum ſupplem. fol. 93. conceſſ. 295. & Compend. Societ. Ieſu hoc verb. §. 10.

§. 19.

Omnes inſuper indulgentias conceſſas domos, eccleſias, & oratoria Mendicātium viſitātibus, noſtras viſitantes conſequuntur, perinde acſi cuilibet illarum eſſent conceſſæ. Leo x. Minorib. ſuppl. fol. 59. conceſſ. 157.

Excipi tamen debent indulgentiæ conceſſæ pro feſtiuitatibus ſanctorum eccleſiarum particularium, vel etiam pro feſtiuitatibus eiſdem particulariter inditis, iuxta notata per Abbatem in cap. cum capellanus. de priuil. quia priuilegium conceſſum reſpectu certæ rei, vel loci, non extenditur ad aliam rem, vel locum, prout etiam à Collectario priuilegiorum Mendicantium adnotatur verb. interdictum. conceſſ. 10.

§. 20. Verùm

§.20.

Verùm quicumq; ex noſtris pænitens, & cõtritus nomen Ieſu in mortis articulo nominauerit, plenariam omnium peccatorum ſuorum, etiam de quibus, niſi morte præueniretur, confiteri deberet, indulgentiam conſequitur. Leo x. vt refertur Compendio Societatis Ieſu hoc verbo, §. 16.

§.21.

Quinetiam quicumque ex Ordinis perſonis in eccleſia ſingulis diebus in perpetuum dixerit pſal. Miſerere mei. cum oratione pro Pontifice, ſcilicet, Deus omnium fidelium Paſtor, &c. vel Omnipotẽs ſempiterne Deus, &c. lucratur omnes indulgentias, quę conceſſæ ſunt eccleſijs, & locis totius orbis. Iul. ij. vt etiam refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 17.

§.22.

Qui autem horas canonicas per librum recitauerint, remiſsionem dimidiæ partis peccatorum illa die commiſſorum conſequitur. Leo x. Minorib. vt ſupplem. fol. 94. conceſſ. 194.

§.23.

Sabbatho verò in Ramis palmarum poteſt liberare vnã animã à pęnis Purgatorij dicẽdo ſeptem pſalmos pœnitentiales, vel quinquies Pater noſter, & Aue Maria. ante ſacramentum altaris, & vnam coronam Beatæ Mariæ

M virginis

virginis pro Papa Leone x. qui hoc indultũ cõceſſit. Quod ipſum facere poteſt in die feſto S. Ioannis Euãgeliſtæ, & eius feſtiuitatis ante portam Latinam, vt ſupplem. Minorum fol. 61. cõceſſ. 184.

§. 24.

Porrò tam noſtri, quàm quicumq, alij Chriſti fideles, toties quoties quindecim Pater noſter. & Aue Maria. pro exiſtentibus in peccato mortali recitauerint, tertiæ partis peccatorum remiſſionem cõſequuntur, vt habetur ſupplem. Minorum fol. 94. conceſſ. 300.

§. 25.

Verùm quicumque Chiſtifideles, qui verè pęnitentes, & confeſſi, aut ſtatutis à iure temporibus confiteri propoſuerint, eccleſiaſque, & pia loca monaſteriorum huius Cógregationis diebus Natiuitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Corporis Chriſti, necnõ diebus veneris, & Dominicis totius anni, & Quadrageſimalibus vſque ad octauam Paſchæ viſitauerint, & inibi ſemel Pater noſter. & Aue Maria, recitauerint, & verbum Dei, ſi in illis tunc prædicabitur, deuotè audierint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pænitentijs conſequuntur, Paul. iij. Societ. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 24.

§. 26.

Viſitantes autem eaſdem eccleſias quolibet anni die annum, & 244. dies, & quolibet Qua-

drage-

dragesimæ die annos quatuor, & 236. dies indulgentiæ conſequuntur, Monum. Minor. fol. 71. conceſſ. 181. & 182.

§. 27.

Et venientibus ad ſermones annuales ad loca noſtra anni tres, & dies duo indulgẽtiæ ſimiliter conceduntur. ſupplem. Minorum fol. 3. cōceſſ. 491. per conceſſionem verò Minoribus factam ijs, qui audiunt noſtrorum prædicationes anni quindecim conceduntur. Monum. fol. 260. conceſſ. 649. & verè pœnitentibus, & confeſſis etiam 40. dierum, Congregatio. Celeſtinorum num. 55.

§. 28.

Præterea Monachi toties quoties coronã virginis Mariæ (quæ 63. Aue maria. & de decem in decem Aue Maria, vno Pater noſter conſtat) dixerint indulgentiam plenariam lucrãtur: addendo tamen vnum Aue Maria pro ipſo D. Papa. Iul. ij. Minorib. vt eorum Compendio verb. indulgentia quo ad fratres. §. 7. Infirmi verò, ac ſenes in decrepita ætate conſtituti dicendo vnũ pſalmum, vel hymnum Virginis, vel Domini noſtri: quia huiuſmodi frequenter non poſſunt tot recitare, eamdem conſequuntur. ibid. §. 13. necnon recitantes, vel dicentes officiũ mortuorum, vel ſeptem pſalmos pœnitentiales pro animabus exiſtentibus in Purgatorio, ibidem §. 16. & Compendio Societatis Ieſu hoc verbo. §. 6.

§.29.

Monachis verò, & monialibus huius noſtræ Congregationis, verè pœnitentibus, & confeſſis, quandiu in eadem obſeruantia ſinceritata fidei, ac vnitate S. matris Eccleſiæ, obedientiaque S. Sedis Apoſtolicæ permanſerint ſemel in quolibet anno in feſto Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti, & deinde in mortis articulo, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, plenariam indulgentiam Confeſſor impartiri poteſt. Innoc. viij. Auguſtinianis, vt Compend. Minorum hoc verbo §. 23.

§.30.

Leo x. conceſſit etiam Mendicantibus, quod ſinguli eorum fratres, & Moniales, eorumque familiares dumtaxat poſſint gaudere omnibus, & ſingulis indulgentijs, & gratijs per ipſum, & prædeceſſores ſuos domo B. Mariæ de populo de vrbe conceſſis, & concedendis, perinde ac ſi ipſi domum præfatam perſonaliter viſitarent illis diebus, ac feſtiuitatibus, quibus indulgentiæ huiuſmodi conceſſæ ſunt, & concedentur, vt eorum Compend. hoc verbo §. 25.

§.31.

Quid autem facere teneantur Monachi noſtri ad lucrandas Ordinis indulgentias, abſolutiones, & diſpenſationes quaſcumque, vide verb. ieiunium. §. 1. & ad plenariam remiſſionem in mortis articulo conſequendam, qui ſufficientis litteraturæ fuerint per vnum annum

ſingulis

ſingulis ſextis feriis, vel qualibet alia die, ſi obliuione, vel aliàs detenti fuerint ſeptem pſalmos pœnitentiales, cum litanijs recitent, atque legant: alij verò iuxta Cōfeſſorum ſuorum diſcretionem, & arbitrium, pro vt animarum eorum ſaluti expedire videbitur, in alijs operibus ſanctis exerceantur. Eugenius iiij. priuileg. 9. & Iulius ij. Congregat. Montiſoliueti priuileg. 31. fol. 92. & idem Eugenius iiij. ibidem Congregatio. S. Iuſtinæ priuileg. 50. fol. 186. Conuerſi verò, & commiſſi, & qui alias prædictos ſeptem pſalmos commodè dicere non poterunt quinquagies Pater noſter, & toties Aue Maria ſingulis hebdomadibus dicere tenebantur.

§. 32.

Quod ſi monachi, & alij prædicti anno iubilæi Compoſtellani orationes per prælatos ordinatas recitauerint, eumdem iubilæum conſequuntur, ac ſi eccleſiam S. Iacobi perſonaliter viſitarent. Innocen. viij. Congregatio. S. Benedicti Hiſpan. Pontificat. ij. 1490. vt illius Compend. num. 68.

§. 33.

Illi tamen, qui ex confidentia indulgentiarum huiuſmodi ad peccandū procliuiores fuerint, nihil prodeſſe, nec ſuffragari ordinauit Sixtus iiij. priuil. 195. Ciſtercien. & Eugenius iiij. priuil. 9.

Gloſſa cap. fin. de immuni. eccleſia. verb. ſperantes, & per illam aliqui doctores tenent, quod qui ſpe veniæ, & indulgentiæ peccat, illam non conſequitur. Quorum opinio ſi vera eſſet fruſtra clauſula in proximo præcedenti §. relata bullis indulgentiarum apponeretur; atque ita dicendum eſt contrariam tamquam piam, & diuinæ reſpondentem miſericordiæ veriorem eſſe, quam efficacibus rationibus munit, & amplectitur Nauar. in Commenta. de indulgen. notab. 34. num. 6. ſcilicet, peccantem ſpe veniæ, & indulgentiæ conceſſæ poſſe illam conſequi, niſi contrariũ in eius conceſſione exprimatur.

Vide verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. & ſeq. verb. infirmi, & verb. familiares. & verbo Confeſſarius.

INDVLTVM:

Vide verbo impetrare, & verbo priuilegium.

INFIRMI.

§. 1.

Monachi noſtri infirmitate detenti in feſtiuitate Corporis Chriſti, & per octauam indulgẽtias omnes illis diebus diuinis officijs intereſſentibus conceſſas conſequuntur. Eugen. iiij. Congregatio. S. Benedicti Hiſpa. ſub datũ Florentiæ Idib. Nouemb. anno pontificat. 9. vt illius

lius Compend. num. 41.

§. 2.

Qui etiam eidem Congregationi indulſit, vt Abbates poſſint debilibus, & infirmis aſsignare numerum aliquem orationum dicẽdarum pro penſu horarum Canonicarum, Florentiæ 5. Idus Nouemb. vt illius Compend. num. 44. & noſtræ Congregatio. priuil. 10. num. 32. Per priuilegiũ verò fratrum S. Hieronymi Hiſpaniæ infirmi ſenes, vel valetudinarij ad horas Canonicas recitandas obligati, recitando aliquot ſpalmos, vel aliud, quod ſuis Confeſſoribus videbitur, ſatisfaciunt. Mart. v. Compẽd. Societatis Ieſu hoc verb. §. 2. vel etiam eaſdem horas Canonicas ab alio, vel alijs recitari audiendo. Eugen. iiij. eod. Compend. & verb. §. 3.

§. 3.

Ipſe quoque Generalis Congregationis, & quibus ipſe cõmiſerit, commutare poſſunt officium diuinum in aliud opus pium, & leuiorem orationem his, quos ob infirmitatem excuſabiles iudicauerint. Iulius iij. Societa. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 1.

§. 4.

Quin etiam ijdem infirmi, vel alias obediẽtijs etiam extra eccleſiam, vel monaſteriũ impediti Monachi, oblati, & donati quocumque tempore orationes aliquas per prælatos ſuos ordinatas recitando eaſdem indulgentias conſequuntur, quas viſitando ſeptẽ eccleſias, vel alias

Vrbis conſequerentur. Innocen. viij. Congregatio S.Benedicti Hiſpaniæ, vt illius Cõpend. nu.67.

Ne deinceps dubitari contingeret, quænam de iure iuſta cauſa ab horarum recitatione excuſaret, & an in infirmitatibus medicorum iudicio ſtandum ſit, de quo poſt alios late ſcripſit Nauarrus in Enchirid. de oratio.cap. 11.per totum: & quia illius, & aliorũ reſolutio ſatis ſtricte procedit, ideo ad tranquillandas religioſorum conſcientias a ſummis Pontificibus, pro vt ex ſuperioribus apparet, priuilegio conceſſum eſt, vt eorum ſuperiores arbitrari poſſint, quænam ad id cauſa ſufficiat. Quę quidem conceſſio tanquam fauorabilis, ample interpretanda eſt; arg. cap. odia. de regul. iuris. lib. 6. ita vt ſuperioris auctoritate, & arbitrio excuſatur, qui aliàs de iuris rigore nõ excuſaretur, argum. cap. quid culpatur. 23. q. 1. maxime propter bonum obedientię, quæ Deo magis placere ſolet, quàm vituli, & ſacrificia, iuxta illud, obedientiã volo non ſacrificium.

Cœterũ Monachi infirmi in ſuis infirmarijs, cellis, ac etiam lectulis, quando aliter commode dicere non poſſunt, dicendo quinquies Pater noſter. & totidem Aue maria, pro intentione, & propoſito concedentis indulgentias ſtationum Vrbis, & alias quaſcunque Eccleſias, & altaria viſitantibus conceſſas, promereri poſſunt. Innoc. viij. vt Monum. Minorũ. fol. 69. conceſſ.

160. & eorum Compend. hoc verb. §. 3.

§. 6.

Quod vero ad infirmos ſeculares in monaſterijs noſtris degentes attinet, eorumque a peccatis, & cenſuris abſolutionem, nec non ſuper irregularitatibus, & votis diſpenſationes, pro vt ab Eugenio iiij. priuil. 9. conceſſum extat, vide ſupra verb. abſolutio quoad ſeculares. Abſolutiones verò, diſpenſationes, indulgentiarumque tam in vita, quam in morte conceſſiones infirmorum noſtrorum, vide verb. abſolutio quoad monachos. & quando cum eiſdem ſuper officio diuino poſſit diſpenſari, vide verb. diſpẽſatio. §. 8. verb. ieiunium. §. 3. & vrb. officium diuinum. §. 2. & ſeq.

INTERDICTVM.

§. 1.

Eugenius iiij. ſacræ Ciſterciẽtium Religioni, quorum monaſteria extra ſecularium conuerſationem vt plurimum ſemota ſunt; conceſſit, ne propter terrarum communia interdicta a diuinis officijs in ſuis eccleſijs abſtinere compelli poſſint: quinimo eiectis excommunicatis, & interdictis eadem licite celebrare poſſunt. priuil. 3. Ciſtercien.

§. 2.

Quin etiam Ioannes xxij. eidem Ordini indulſit, vt non obſtante conſtitutione Bonifacij viij. cap. alma mater. de ſentent. excom. poſſit in

ſit in monaſterijs taliter ab hominum cõmertio ſegregatis diuina officia clauſis ianuis, extraneiſq; non admiſſis alta voce celebrare, dummodo tamen cauſam interdicto non dederit, vt priuil. 58. Ciſtercien. cum derogatione prædictæ cõſtitutionis, & clem. 1. eod. tit. quod ipſum indulſit Clemens vij. Carthuſien.

Hoc ſemper in toto Ordine obſeruatum reperitur, præſertim in monaſterijs taliter ſegregatis: hodie tamen ſtante Concilio Trident. ſeſſio. 25. cap. 12. de regula, prædictis priuilegijs nõ obſtantibus, mandante Epiſcopo debent cenſuræ, nedũ ab Apoſtolica Sede emanatæ, ſed etiam ab ordinario promulgatæ à Regularibus in quibuſuis eorum eccleſijs, & monaſterijs etiam ſegregatis publicari, & obſeruari. vnde dici poteſt, quod ſi Epiſcopus id non mandauerit ſemper locum erit prædictis priuilegijs, ſaltem in ſegregatis. Atq; ita licitũ erit in monaſterijs tam ſegregatis, quã intra ciuitates, & alia loca exiſtentib. quibus priuilegio conceditur officia diuina tertis Sanctorum feſtiuitatibus, & alijs diebus excommunicatis, & interdictis eiectis ſollenniter, altaque voce celebrare. Nec refragari videtur clem. 1. de ſentent. excomm. quia ſtãtibus prædictis videtur per Concilium declaratum eſſe, illi, nec alijs ſimilibus iurib. locum eſſe, niſi Epiſcopo mandante. quod valde notandum eſt. quos autem d. clem. comprehendat, & qui pœnas eius incurrant, vide Nauarrum in Manuali cap. 27. num. 146.

§. 3.

Vbi verò monaſteria vtriuſq; ſexus intra ciuitates,

nitates,& ſuburbia eccleſiaſtico interdicto ſuppoſita,erecta fuerint,forma d.cap. alma mater. obſeruari debet, conuerſique, commiſsi, capellani, necnon laici, qui intra ſepta dictorum monaſteriorum pro tempore exititerint, ad diuina officia audienda, & ſacramenta percipienda poſſunt admitti,Iul.ij. Congreg. Montiſoliueti priuil.31.fol.86. & ibidem Congreg. S.Iuſtinæ Eugen.iiij.priuil.50.fol.188.& priuil.52. fol.199. & Leo x. Congreg. Camand.num.58. & 59. & Innoc. vj. Carthuſien. dummodo cauſam interdicto non dederint.

Quibus conceditur ad officia diuina interdicti tēpore admitti, conceditur etiam in eccleſia cœmeterio ſepeliri, vt notat Nauar.in Manua.cap.27 nu 181. quia conceſſo principali, & acceſſorium concedi multo magis dici debet, vulg.reg.acceſſorium.lib.6.

§. 4.

Quinimmo ſecularium Confeſſores poſſunt tempore interdicti excommunicatos, quos antea poterant, niſi interdicto cauſam dederint, à quacumque cenſura abſoluere, Leo x. Minorib. vt eorum Compend.verbo abſolutio quo ad ſeculares. §. 14.

§. 5.

Si quando verò terras, in quibus monaſteria noſtra ſita ſunt, vel eorum perſonas interdici, vel excommunicari contigerit, homines, & fa-

familia-

miliares noſtris ſe ruitijs deputati, & inſiſtétes, negotiorumque geſtores, & procuratores, oblati, & operarij, qui perſonaliter inſiſtunt cenſuris huiuſmodi non ſupponuntur: & niſi ſpecialiter excommunicati, aut interdicti fuerint, aut cauſam interdicto, & excommunicationi dederint, poſſunt in d. monaſterijs iuxta formã a ſede apoſtolica conceſsã officia diuina audire. Celeſti: v. ſuæ Congrega. nu. 41. & Paul. iij. Cõpend. ſocieta. Ieſu hoc verb. §. 2.

§. 6.

Per priuilegium quoque Eugenij iiij. Congreg. S. Benedicti Hiſpa. cõceſſum poſſumus in noſtris monaſterijs, cõllegijs, & alijs locis regularibus tempore interdicti generalis, vel ſpecialis a iure, vel ab homine lati libere quoſcunque familiares, officiales, & ſeruitores, cuiuſcũquo monaſterij, vel regularis loci noſtræ Congregationis, ad miſſam, & alia diuina officia audienda admittere, euchariſtiamque & alia eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrare, & eorum corpora inibi tumulari facere; dum tamen nullus eorum cauſa interdicti fuerit, idque fiat ſecreto modo, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis. Leo x. Comand. nu. 84.

Hoc procedit in monaſterijs intra ciuitates, & cõ-mercia ſecularium poſitis: quia in ſemotis, & ſegregatis aliud amplius conceſſum fuit, vt ſupra §. 2. & ibi notatis apparet.

§. 7.

§. 7.

Poſſumus etiam non obſtante interdicto nō. ſolùm ijs, qui in noſtris monaſterijs eorum obſequijs inſiſtunt, ſed etiam alijs omnibus propter hoc ad ea recurrentib. ex ſpeciali permiſſione, & indulgentia Apoſtolica omnia Eccleſiæ ſacramenta miniſtrare, & corpora inibi decedenti ũin monaſteriorũ cœmeterijs libere abſque diœceſanorum, vel ordinariorum quorũlibet licentia ſepelire. Celeſtin. v. ſuæ Cong. nũ. 39. & 40.

Hoc Priuilegium nimis generaliter loquitur; cũ expreſſe obſtet cap. alma mater. aut certe limitandum eſſe arbitror per ſupradicta priuilegia, niſi dicamus, quòd poſtea ex confirmationibus Apoſtolicis non obſtante dictò cap. alma. ſit reualidatum. quod tamẽ ſtante Concilio Triden. abſolùte procedere nõ poteſt, per quod cap. 12. de regula. ſeſſ. 25. interdicta, & aliæ cenſuræ in quolibet monaſterio mandante epiſcopo publicari, & obſeruari debent; niſi forte in caſibus priuilegiorum ſupra §. 3. & alijs relatorum.

§. 8.

Porrò Leo. x. Congrega. S. Benedicti Hiſp. conceſſit, vt in B. Dei genitricis Virginis Mariæ; & S. Ioannis Baptiſtæ Natiuitatibus, & Tranſlatione Sanctorum Martini, & Beneidcti, & eorũ Octauis, necnon in feſtiuitatibus S. Scholaſticæ eiuſdẽ S. Benedicti ſororis, & Beatorum Mauri, & Placidi, S. Greg. Papæ, ac S. Illefonſi

Archiepiſcopi Toletani, Antonij, & Bernardi Abbatum, ac tempore, quo monachum aliquẽ profeſsionem emittere, aut primam miſſam celebrare, ſeu Abbates, & monachos humana cadauera eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ contigerit, ac quorumuis aliorum Sanctorum, ſub quorum inuocationibus monaſteria, & prioratuum Eccleſiæ conſtructæ ſunt, & quorum corpora in eiſdem recondita reperiuntur, tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis, (Apoſtolica auctoritate poſiti, ianuis clauſis, alia verò quacumq; auctoritate, dummodo interdicto cauſam non dederit) apertis ianuis, pulſatis campanis, nominatim excommunicatis, & interdictis excluſis, miſſas, & alia officia diuina à primis ipſarum feſtiuitatum veſperis vſque ad occaſum ſolis ſequentis, & vltimi octauarum diei, ſolenniter, & in cantu celebrare poſſet: quodque monachi non preſbyteri, commiſsi, oblati, donati, & ſeruitores tẽpore interdicti auctoritate Apoſtolica poſiti, poſsint Euchariſtiam, & alia eccleſiaſtica ſacramenta recipere. Datum Romæ 22. Maij 1515. Pontificatus anno 3.

§. 9.

Conceſsit etiam eidem Congregationi, vt tẽpore interdicti, vel ceſſationis a diuinis quacumque auctoritate, etiam Apoſtolica impoſitorum idipſum, & eodẽ modo, quo ſupra præcedenti §. facere poſsit, quoties illius monachi, ſeu moniales profeſsionem emiſerint, aut monachi

nachi etiam primam miſſam celebrauerint, ſeu eorumdem monachorum, & monialium cadauera humanda, & eccleſiaſticæ ſepulturæ tradẽda contigerit, vt refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verbo §. 5.

§. 10.

Vnde præter prædicta poſſumus nos eo tempore duo, vel plures extra eccleſiam in monaſterijs, & locis regularibus officium diuinum dicere, & quando extra chorum horas dixerimus, ſi tranſeuntes perſonæ interdictæ caſu aliquid audierint, nullam propterea cenſuram incurrimus, nec tenemur euitare in noſtris monaſterijs, ſeu locis regularibus laborãtes, diebus, quibus laborauerint, etiamſi non ſint familiares, & ſeruitores continui, & commenſales noſtri, nec eis ſoluatur ſalarium. Sixt. iiij. vt refertur Compend. Societ. Ieſu hoc verb. §. 7. & ſupplem. Minorum fol. 59. conceſsio. 166. & 167.

§. 11.

Ex declaratione facta per Leonem x. Minori. pariter nobis conceſſum eſt in foro conſcientiæ nullam quo ad formã obſeruationis facere differentiam inter ceſſationem a diuinis, & quodcumque interdictum, vt eodem Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 6. & eod. ſupplem. fol. 59. conceſſ. 165.

§. 12.

Pręterea per priuilegia Auguſtinianorũ omnia, & quæcumque pro tempore interdicti generalis

neralis conceſſa, pro interdicti ſpecialis tempore conceſſa intelliguntur. Iul. ij. vt eod. Suplem. Minorum fol. 95. conceſ. 310. & Compend. ſocieta. Ieſu hoc verb. §. 3.

§. 13.

Verùm Ioannes Epiſcopus Preneſtinus Nicolai v. maior Pænitentiarius conceſſit Congregat. S. Benedicti Hiſpaniæ, vt tempore interdicti, & ceſſationis a diuinis poſſint eligere ſucceſſiue ſex perſonas, viros aut mulieres, & ad diuina illas admittere, eiſque ſacramenta conferre, etſi e vita deceſſerint illarum cadauera ſepelire. Dat. Romæ pridie kalen. Apriles. Pontificatus eiuſdem Nicolai v. anno 1. vt illius Compend. nu. 53.

Diffuſa eſt, & late patens interdictorum, & a diuinis ceßationis materia, & optime per ſummiſtas diſtincta; ideo quando occurrerit diſcretus Confeſſor attendat, & de ceßatione a diuinis videat Couarr. in cap. alma mater. 1. parte. §. 2. 4. & 5. & quibus caſib. de iure interdictum ſuſpendatur, 2. part. §. 5. & Nauar. in Manual. cap. 27. nu. 182.

INTERPRETATIO.

Vide verbo. declaratio. verb. Capitulum. verb. generalis. & verb. priuilegia.

IRRE-

Vide verbo abſolutio quo ad monachos, & verbo diſpenſatio.

ITINERANTES MONACHI.

Quibus gratijs, & priuilegijs gaudeant, tam quo ad ieiunium ab Eccleſia, vel Regula indictum, quàm quo ad officium diuinum, & alia ex præſcripto eiuſdem Regulæ recitanda, vide ſupra verb. indulgentia. §. 7. 9. & 11. & verb. officiũ diuinum per totum.

IVBILAEVM.

Vide verb. abſolutio quo ad monachos. §. 13. & ibi notata, & verbo indulgentia. §. 2.

IVDEX.

§. 1.

Nullus iudex in monaſterijs noſtris nobis inuitis iudicia eccleſiaſtica, vel ſecularia exercere poteſt, nec ad id permittendum poſſumus compelli, Leo x. Congreagatio. Camandul. num. 46. & Celeſtinus v. ſuæ Congregatio. num. 43.

§. 2.

Nec etiam in fraudem priuilegiorũ Ordini, &

Congregationi conceſſorum poteſt aliquis ex noſtris familiaribus à quocumque Iudice moleſtari, vt ſupra verb.excommunicatio. §.2.& 3. & verb.exemptio. §.2.& per totum dictum eſt.

IVRAMEMTVM.

Monachi noſtri inuiti iuramentum calũniæ, vel de veritate dicẽda ſubire non tenentur. Leo x. Congregatio. Camand. num. 45.& Iulius ij. Congregatio. Montiſoliueti priuileg. 31.fol. 82.& Eugen.iiij. ibidem Congregatio. S. Iuſtinæ priuil.52. fol.203. & Hono. iij. Carthuſien. vide verb. teſtimonium.

LAICI FRATRES.

In diebus Dominicis, & Feſtiuitatibus Domini, B.Mariæ,& Ordinis ſanctorum communicantes indulgentiam plenariam conſequuntur, Innoc.viij.Compend.Minorum hoc verb.§. 2.vide verb.indulgentia. §. 17.

LEGATI APOSTOLICI.

§. 1.

Legati Apoſtolici nec in Monachos huius noſtræ Congregationis excommunicationem, nec in eius monaſteria interdicta aliqua, niſi de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ pronunciare poſ-

re poſſunt. Honor. iij. priuil. 11. Ciſtercien. aliàs irrita, & inania decreuit Vrbanus iiij. priuil. 36. Ciſtercien.

§. 2.

Ipſi verò, cum per Abbates, vel monachos huius Congregationis requiſiti fuerint tenentur litteras Apoſtolicas pro defenſione eorumdem contra illis iniuriam inferentes cōceſſas, & obtentas exequi perinde, acſi eiſdem à principio decretæ, & deſtinatæ fuiſſent. Leo x. Congreg. Camand. nu. 85. & Marimag. Seruorum fol. 77.

§. 3.

Quod ipſum pro monaſteriorum defenſione tenentur facere omnes, quibus cauſæ aliàs de jure delegari poſſunt, de quo verbo conſeruatores. §. 2.

Quibus perſonis eccleſiaſticæ cauſæ delegari poſſint à Sede Apoſtolica, vide cap. ſtatutum. de reſcrip. & clem. etſi principalis eod. tit.

§. 4.

Si quid autem legati, delegati, ſubdelegati, aut etiam ordinarij, ſeu aliæ quæcumque perſonæ cōtra exemptionem, & libertatem perſonarum, & monaſteriorum prædictorum attentare præſumpſerint, & requiſitæ infra tres dies non deſtiterint excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt: & nihilominus, quod factum fuerit, irritum eſt, & inane, Iul. ij. Cōgreg.

Montiſoliueti priuil. 31. fol. 82. vide verbo cõſeruatores. §. 10. & verb. exemptio.

§. 5.

Nec ad exhibendas procurationes Legatis Apoſtolicæ Sedis etiam de latere, vel eius nuncijs vllo modo tenemur, nec ad id per vllas litteras Apoſtolicas, aut legatorum, etiamſi ſpecialiter, & expreſsè ad exemptos extenderentur, compelli poſſumus, niſi de hoc indulto, & Ordine expreſſam, & de verbo ad verbum fecerint mentionem. Clem. iiij. & Nic. iiij. & Alexãd. iiij. Carthuſien.

LEGATA.

Vide verbo commutatio. §. 3. & ſequen. & verbo hæreditas.

LAESIONES.

Si qua læſio in bonis, & iuribus monaſteriorum Ordinis per quaſuis cuiuſcumque ſtatus, gradus, habitus, ſeu conditionis, eccleſiaſticas, vel mundanas, vel regulares perſonas facta fuerit, etiamſi culpa prælatorum, monachorum, ſeu procuratorum illa contigerit ipſo iure reſcinditur, nec opus eſt ſuper ea reſtitutionem in integrum quomodolibet impetrare. Ioann. xxij. Congregatio. Montiſoliueti priuil. 21. fol. 43. & vide verbo reſtitutio.

Atq;

Atq;ita ſtãte priuilegio ceſſat quæſtio infra quod, vel ad quod tempus petenda, & facienda ſit in integrum reſtitutio, de qua clem. vnica, & ibi gloſ. & doctores, de reſtitu. in integ. vbi reſoluitur quod aduerſus contractum, vel quaſi, vt in caſu noſtro, datur quadriennium, Panor. in d. clem. nu. 7. quia tranſacto quocumque tempore poterit monaſterium iuſ ſuum proſequi, quod eſt grande priuilegium.

LITTERAE APOSTOLICAE.

§. 1.

Prælati, & Monachi huius Congregationis non tenentur acceptare litteras Apoſtolicas ſuper adminiſtranda iuſtitia, vel exequutione aliqua facienda, vel etiam viſitatione exercenda, aut alio quouis negotio gerendo, & terminando ipſis directas, etiamſi pœnæ, vel cenſuræ non acceptantibus in eis imponantur: ſed poſſunt abſque alicuius inobedientiæ nota eaſdem ad Sedem Apoſtolicam, vel eius legatos remittere: dummodo tamen fidem Catholicam non concernant. Iulius ij. Congregatio. Montiſolíueti priuileg. 31. fol. 82. & Martinus v. Cõgreg. S. Benedicti Hiſpan. illius Compend. num. 14. niſi huic indulto ſpecialiter, & expreſsè, ac nominatim derogaretur, Eugenius iiij. Congregatio. S. Iuſtinæ, vt in Montiſoliueti priuil. 52. fol. 203.

§. 2.

Verùm quicumque Iudices, & executores in litteris Apoſtolicis ad fauorem noſtrum cōceſſis deputati, vel deputandi, & alij ad quos ſpectabit, necnon notarij, & tabelliones ſuper illis requiſiti, vel requirendi poſſunt, & debent abſque aliqua licentia, vel beneplacito quorumcumque prælatorum, aut ordinariorum locorū, eorumque officialium eaſdem litteras exequi. Martin. v. priuil. 76. num. 2. Ciſtercien.

LITES.

Vide verbo cauſæ ordinis, verbo conſeruatores, verbo Iudex. verbo legati Apoſtolici. & verbo litteræ Apoſtolicæ.

MEDICI.

Quicumque ex noſtris Monachis medicinæ periti, quando commodè medici ſeculares haberi nequeunt, poſſunt quibuſcumque perſonis infirmis, ſiue ſint ex Ordine noſtro, ſiue alio, ſiue etiam ſeculares, abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum cenſurarum, & ſententiarum eccleſiaſticarum, vel aliarum pœnarum incurſu mederi: dummodo id de ſuperiorū ſuorum licentia, & citra inciſionem, aduſtionemq; per ſe ipſos faciendam faciant, Gregor. xiij. Societa. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. Quas

autem

autem indulgentias medici noſtri ordinarij cõſequantur vide verb. indulgentia.

MISSAE.

§. 1.

Quicumque huius Congregationis profeſſores cauſa legitima ſubſiſtente poſſunt miſſam in monaſterijs, & extra dũ ſunt in via ante diem, & vſque ad Nonam incluſiuè celebrare. Eugen. iiij. priuil. 10. num. 13. & Leo x. Camand. num. 82. & Congregat. S. Benedicti Hiſpa. illius Cõpend. nu. 45. & Congreg. S. Iuſtinę d. Compend. num. 23. & refertur in priuil. Montiſolіueti 49. fol. 482. & Innocen. viij. Prædicator. vt Compend. Minorum verb. celebratio diuinorum. §. 3. 4. 6. & 7. & Gregorius xiij. Societa Ieſu, vt illius Compend. hoc verb. §. 3.

Priuilegium hoc quo ad poſteriorem partem, in qua iuſta ex cauſa fit poteſtas celebrandi miſſam vſque ad horam Nonam incluſiue, ad ſedandum tantũ ſcrupuloſorũ animos conceßum videtur: quia iure cõmuni prohibitũ nõ reperitur, vt reſoluit Nauar. in Enchir. de oratio. cap. 3. nu. 44. & latius cap. 21. nu. 31 in Miſcella. 64. de oratio. contra Sotum de iuſti. & iure lib. 10. q. 5. art. 4. col. penul. licèt quo ad priorem partem vſui eße poteſt, niſi decreto Concilij Tridentini ſeßio. 22. de obſeruand. & euitand. in celebrat. miſſæ. obſtaret, quatenus habet miſſas debitis horis di-

cendas eſſe.ſed nec Concilium prohibere videtur, quin ex iuſta cauſa, ſaltem de ſuperioris licentia, ſi haberi poſſit, ante diem miſſa dicatur, veluti propter neceſſitatem communicandi infirmum, & defectum Euchariſtiæ, vt ait D. Anton. 3. part. tit. 1 2. cap. 6. §. 4. quem poſteriores ſequuntur, vt refert Nauarr. in Manua. cap. 2 5. nu. 8 5.

§. 2.

Interuenientes autem Monachorum Ordinis concionibus poſſunt illis diebus in eccleſijs, in quibus ipſi concionantur, miſſas, & alia diuina officia audire, & ſacramenta recipere, ita vt non teneantur pro his adire ſuas parochias. Paul. iiij. Societa. Ieſu, illius Compend. hoc verb. §. 1. Audientesq; miſſas in eccleſijs locorum noſtrorum dominicis, & alijs feſtiuis diebus, non contempto proprio ſacerdote parochialis Eccleſiæ, præcepto ſatisfaciunt, nec aliquã propterea peccati mortalis labem, pænamue incurrunt, vt ex ſupplem. Minorum refertur eod. Compend. Societatis Ieſu eod. verb. §. 2.

Null⁹ citra cõtẽptũ proprij parochi, vel parochiæ tenetur in ea de pręcepto audire miſſã, vt optime poſt alios ait Nauarr. in Manua. cap. 2 1. num. 5. vbi contrarijs reſpondendo ex Silueſtro ſubiungit, nec ipſum epiſcopum contrarium præcipere poſſe. Vnde infertur, quod in proxime præcedenti §. continetur eſſe potius iuris cõmunis declaratiuum, quàm priuilegium.

§. 1. Quæ-

§. 1.

Quæcumque monaſteria, loca, membra, bona omnia, Abbates, Abbatiſſæ, monachi, moniales, vaſſali, ſubditi, & ſeruitores huius Congregationis, & Ordinis a ſede Apoſtolica ſub ſua protectione ſuſcepti, eidẽ immediate ſubiiciuntur, & a quacumque alia iuriſdictione exempti ſunt. Innocen. viii. priuil. 29. & 108. & Nicola. iiii. priuil. 46. Ciſtercien. vide verb. exemptio.

§. 2.

Poſſumusque in quibuſcunq; mundi partibus monaſteria, collegia, & regularia loca ędificare. Quare omnibus, & ſingulis archiepiſcopis, epiſcopis, & aliis eccleſiarum prælatis, & locorum ordinariis, ac quibuſuis aliis poteſtatibus eccleſiaſticis, & ſecularibus inhibetur, ne quomodolibet huiuſmodi conſtructionem impediant. Paul. iii. Societa. Ieſu. vt illius Compend. verb. ædificia. §. 1. & 2. vide ſupra verb. Eccleſiæ. §. 1. & verb. ædificare. §. 1. & ibi notata.

§. 3.

Et non ſolũm monaſteria, eccleſias, & oratoria ædificare, ſed etiam iam ædificata cum bonis omnibus ſine vlla deſuper noua conceſſione apoſtolica recipere, etiamſi ſint diuerſi, & ſtrictioris Ordinis, (modo inibi regularis obſeruãtia nõ ſeruetur, idq; de cõſẽſu eorũ, vel maioris partis, quorũ intereſſet, fiat) etiamſi

aliis

alijs monaſterijs, ſeu eccleſijs ſint vnita, & ad noſtram obſeruantiam reducere, ac quemcũq; ordinem inibi ſupprimere. quæ a Conſeruatoribus ordinis defendi debent, & a nullo eccleſiarum prælato in aliquo moleſtari, ſeu damnificari ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna prohibentur. Iulius ij. Minorib. vt eorum Compend. verb. ædificare. §. 20. & Compend. Societ. Ieſu verb. bona. §. 4. Ipſaque monaſteria, ſeu regularia loca de nouo erecta eo ipſo cõfirmata, & bona omnia eiſdem legata, ſeu quomodocumque relicta perpetuo applicata, & appropriata auctoritate Apoſtolica cenſentur. Paul. iij. eid. Societat. Ieſu, vt illius Compend. verb. bona. §. 2. 3. & 4.

§. 4.

Atque ita ne quis proprio motu, vel induſtria per ſe, vel per alios ad recipiendas domos, vel monaſteria huiuſmodi nos impediat, vel moleſtiam aliquam nobis inferre præſumat ſub excommunicationis pæna ipſo facto incurrenda, & Sedis Apoſtolicæ, niſi in mortis articulo reſeruatæ, edixit Paulus ij. Minorib. illorum Cõpendio verb. ędificare. §. 4.

§. 5.

Cæterum Generalis Reformator monaſterijs, & eccleſijs ædificandis, & fundandis primũ lapidem more pontificali benedicit, vide verb. eccleſię. §. 3. & verb. generalis. §. 6.

§. 6. Quo

§. 6.

Quomodo autem ipſe,&monaſteriorũ Abbates poſſint eccleſias,altaria,&calices cõſecrare, ac corporalia,&alia paraméta benedicere,ædificiorum materiá de vno ad alium locum tranſferre,vide verbo benedicere. verb. conſecrare. verb.eccleſiæ.& ex Leo.x. Compend.Minorum verb. ædificare. §. 12. & Clemente Quarto ibid. §. 14.

§. 7.

Nullus tamen ſub excommunicationis pæna poteſt monaſterium aliquod intra miliare vnum ab Abbatijs noſtris, & earum locis fundare, nec ſic fundatum aliquo modo recipere, Vrban. iij. priuil. 8. Ciſterci. & niſi diſtent per ſpacium centum canarũ,Marim.Seruo.fol.68.

§. 8.

Neque etiam monaſteria huius Congregationis in titulum,vel in commendam,defenſionis ſeu protectionis prætextu ſub eadem pæna ipſo facto incurrenda Rege,& Regina,ſeu eorũ primogenito tãtũ exceptis, recipere,ſeu quomodocumque petere,vel retinere; etiamſi apud ſedem Apoſtolicam, vel qualitercumque vacare contigerint Sixt.iiij. priuil.104. & 105. Innoc. viij.priuil.iij.& Eugen. iiij.priu.8.nu.23.& Iul. ij.Congreg.Mõtisoliueti priu.31.fol.75.& 77.

§. 9.

Aut illa alij Ordini, vel eccleſiæ ſubijcere; vel

vel vnire. Nicol. iiij. priuil. 46. nu. 3. Ciſtercien. cum à ſolutione quorumcumque ſubſidiorum, collectarum, & exactionum libera ſint, & exempta, vide verb. exemptio. §. 3.

§. 10.

Et ne principes, aut alij nobiles, ſeu etiam eccleſiarum Prælati, & alij quicumq; occaſione iuriſpatronatus, fundationis, vel aduocatiæ, ſeu cuſtodię, quam in monaſterijs quoquo modo habere prætendunt, eorum fructus, & quaſcumque res alias pro vſibus ſuis, etiam ex quauis cauſa a monachis exigere, ſeu tallijs, & exactionibus grauare; neue prætextu hoſpitalitatis eadem monaſteria opprimere, & vltra duas noctes in eis, aut eorum locis manere audeant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ prohibuit Gregorius IX. priuil. 14. & 84. Ciſtercien. Regibus quoque, & aliis poteſtatibus, ne in eiſdē Ordinis monaſterijs ſibi habitationes parent ſub eadem pœna inhibitum eſt ab Eugenio iiij. Congregat. S. Iuſtinæ, vt Compend. S. Benedicti Hiſpa. nu. 6.

§. 11.

Quòd autē ordinis monaſteria à nullo etiā Apoſtolico viſitatore viſitari poſſint, vide verb. Eccleſiæ. §. vlti. & verb. exemptio, & verb. viſitatores.

§. 12.

Siquidē illa, & alia quęcumq; huius Congregationis Regularia loca ſoli Reformatori ge-

neralí

nerali,& nõ alii Subiiciũtur.ver.generalis.§.2

§.13.

Monaſteria verò omnia, & quæcumq; vtriuſque ſexus aliis ſubiecta, quæ filiationes nominantur, ab eorum Abbatibus viſitantur, & corrigũtur. Eugen. iiij. priuil.8.nu.20.

MONACHI.

§.1.

In quibus caſibus, & à quo Monachi noſtri in foro conſcientiæ abſoluantur, & diſpenſentur, quaſq; indulgentias, & iubilæa conſequantur; vide verbo abſolutio quoad monachos. verb. communicatio. verb. confeſſores. verb. diſpenſatio. verb. generalis. & verb. indulgentia, & ex Congregat. Celeſtinor. nu. 42.

§.2.

Quamuis autem iidem noſtri Monachi in capellanos, vel familiares, ſedis Apoſtolicę, aut quorumque Cardinalium efficiantur: non tamen ob id etiam virtute literarum Apoſtolicarum à ſuperioritate, & obedientia ſuperiorum ſuorum, & Capituli generalis eximuntur: quin ab eiſdem capi, & in carceribus detineri, vel per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſt poſita, inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachio ſeculari, compelli poſſe cum decreto irritante ordinauit Ioãnes xxiij. priuil.64. Ciſterc. & Iulius ij. Cõgregat. Mõtis olíueti priuil.52. fol.80. Neq; Cõfeſſores Monialiũ monaſterijs

deputari,

deputari, vide verb Moniales. ſeq

§. 3.

Proinde nullus monachorum ſub quibuſcũque tenoribus,& clauſulis littera exemptionis, etiam à Sede Apoſtolica,& Romano Pontifice, etiam quo ad forum conſcientiæ ab obedientia, & ſuperioritate prælatorum ſuorum impetrare audeat, vel eis vti præſumat, niſi cum clauſula, *De licentia ſui ſuperioris petita, & obtenta.* aliàs tamquam ſubreptitiæ contra intentionem Sedis Apoſtolicæ obtentæ cenſeantur. Cauſis verò in eiſdem inſertis comprobatis, & veris exiſtentibus, impetrator cum eiſdem ſuis litteris à Congregationis gremio eijci debet,& quatenus retento habitu extra viuere malit, alium prorſus diſtictum colore, longitudine, & latitudine Abbatum, & Priorum arbitrio ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, quæ ex nunc, prout ex tunc cõtra eum, & ſui ſimiles tãquam apoſtatas fertur, geſtare teneatur. Clem. vij. priuil. 34. Congreg. Montiſoliueti fol. 103. & Leo x. Minorib. vt eorum Compend. verbo exempti fratres. §. 8. & 9.

§. 4

Moleſtantes verò, inquietantes, vel perturbantes Monachos, & eorũ monaſteria, vel contra eorum priuilegia venientes per cenſuras eccleſiaſticas compeſcuntur, vide verb. exemptio. per totum, & Marimag. Seruor. fol. 75.

§. 5 Vnde

§. 5.

Vnde cum ſub protectione B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ ſuſcepti ſint, ratione delicti, ſeu cuiuſcumque contractus, vel aliqua alia de cauſa coram ordinario, ſeu quocumque etiam Apoſtolico legato conueniri, nec ab eiſdem excommunicari poſſunt, vide verbo exemptio. §. 1. & 2. & ibi notata. Celeſt. v. ſuæ Congregat. nu. 29. 43. & 54. Neque etiam ad forenſes conuentus ſeu iudicia, etiam pęnitentialia ratione cuiuſcumque delicti, niſi pro hæreſi tantum, abſque Sedis Apoſtolicæ mandato euocari. Innoc. iiij. priuil. 18. Ciſtercien.

§. 6.

Porrò ne ex teſtium, & teſtimoniorum defectu ius monaſteriorum depereat, Vrbanus iij. ordinauit, vt in cauſis eorum tam ciuilibus, quàm criminalibus monachi teſtes eſſe poſſint, & eorum teſtimonia recipi. priuil. 8. Ciſtercien.

§. 7.

Verùm Religioſis Ciſtercien. ſub excommunicationis, & ſuſpenſionis pœna inhibitum eſt, ne pro vlla cauſa ſe inuicem coram alia cuiuſcumque pręeminentię perſona, quàm ex Ordine in ius vocare, vel trahere præſumant. à Pio ii. priuil. 84. Ciſtercien. num. 3. & 4.

§. 8.

Quomodo autem eis appellare non licet, vide verbo appellare, eoſque priuilegijs, & indulgentijs quibuſcumque Congregationibus conceſſis,

ceſſis & concedendis, gaudere, verb. communicatio. ad alios tranſeuntes recipi non poſſe verbo fugitiuus. & verb. tranſeuntes. & à quibus viſitari, verb. viſitatores, & de illorum correctione, verb. correctio, & verb. infirmi.

MONIALES.

§. 1.

Moniales Ordinis, ac huius Congregationis fauore religionis, ac ex benignitate, & gratia in his, quæ ſibi competere poſſunt liberè vtuntur priuilegijs, & indulgentijs Ordinis à Sede Apoſtolica generaliter conceſſis, Vrban. iiij. priuil. 37. Ciſtercien. & Camandulentium communicatione ad eas extenduntur. Leo x. num. 11. & juxta Ordinis definitiones, & ſtatuta Congregationis appellatione poſtpoſita puniūtur. Bonifac. viij. priuil. 49. Ciſtercien. quod ſi rebelles perſtiterint ab vnitate Cōngregationis reſcindūntur eius priuilegijs perpetuo cariturę, priuileg. 24. Ciſtercien.

§. 2.

Nec cuiuſuis priuilegij vigore alicui alij, niſi ſuo ſuperiori, vel cui ipſe commiſerit, vel de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulto plenam de hac inhibitione, & Ordinis ſtatutis mentionem faciente, confiteri poſſunt, Innocen. iiij. priuileg. 22. Ciſtercien. vide verb. Confeſſarius. §. 2. & 4.

§. 3. Proin-

§. 3.

Proinde Leo x. earum Confeſſoribus cōceſſit, vt eas quater in anno ab omnibus peccatis qualitercumque commiſſis abſoluere, ac ſuper omnibus, & ſingulis earum votis (exceptis Regulæ ſubſtantialibus) quæ fœminea leuitate, hac tamen facultate non confiſæ, emiſerint diſpenſare poſſint, ac illi ſtatui reſtituere, cui ſanctitas ſua, ſi ipſamet earumdem peccata in confeſſione audiret, reſtituere poſſet, & inſuper illis ſanctam benedictionem nomine ſuæ ſanctitatis impartiri, vt Compend. Minorum verb. abſolutio extraordi. §. 6.

§. 4.

Portò diebus Dominicis, & alijs feſtiuitatibus communicantes indulgentiam plenariam conſequuntur. Innoc. viij. Compend. Minorum verb. cōmunicare. §. 7. & verb. indulgentia plenaria. §. 7. 11. 18. & 19. Quibu autem caſibus, & quando tam in vita, quàm in mortis articulo abſolui, & diſpenſari poſſint, ſicut & monachi, earumquè vota commutari, vide verb. abſolutio quo ad monachos, & verb. commutatio. & verb. vota. & Compend. Minorum verb. abſolutio ordinaria. §. 8.

§. 5.

Familiares verò, & qui earū ſeruituti ſe addicant, indulgentiam plenariam conſequuntur, ſemelq; in vita à reſeruatis abſolui poſrūt, Sixt. iiij. Minorib. & eorum Monialib. vt eorū Com-

pend. verbo familiares. §.6. & Monum. fol.66. conceſſ. 96.

§. 6.

Verùm nos, etiam virtute litterarum Apoſtolicarum de hoc indulto mentionem non facientium, non tenemur earumdem Monialium, ſeu quarumlibet aliarum religioſarum perſonarum curam recipere, Paul.iij. Societa, Ieſu, vt illius Compend. verb. exemptio. §. 1. nec earum confeſſiones audire, aut viſitationis munus ſuſcipere. Clem.iiij. Monum. Minor. fol. 140. conceſſ. 321. & Celeſt.v. ſuæ Congregationi, nu.43. ſi quando verò viſitationem, & earum adminiſtrationem acceptauerimus, ipſe Generalis per ſe, vel per alios monachos, quos ad hoc idoneos exiſtimauerit, id muneris impendet, corrigẽdo, & reformãdo tam in capite, quàm in membris, quę correctione, & reformatione nouerint indigere inſtituendo ſimul, & deſtituendo, mutando, & ordinando, prout ſecundum Deum videbũt expedire: conſtitutiones etiam, & ordinationes, quę conuenientes eiſdem videbuntur faciendo, & confeſſiones audiendo, & alia illis ſacramenta adminiſtrando. Et licet eiuſdem noſtri Ordinis vel Congregationis non ſint, eiſdẽ tamen priuilegijs gaudeant, quæ dictis Ordini, & Congregationi conceſſa ſunt, & concedentur. Innocen. iiij. & Boniſac. viij. Minorib. vt eorum Compẽd. verb. Moniales. & Monumen. fol. 83. conceſſ. 35.

§.7. Poſſunt

§. 7.

Poſſunt etiam eo caſu earum ſeruitores, (ſi id humiliter petierint) à quibuſcumque excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; ſententijs, & pœnis eccleſiaſticis, quibus pro tẽpore inodatæ fuerint, iniungendo, quæ iniungi debebunt, abſoluere, eiſque euchariſtiæ, & extremæunctionis ſacramenta miniſtrare diœceſanorum ſuper hoc, nec cuiuſuis alterius requiſita licentia. Nicol. v. Minorib. vt eorum Compend. verb. abſolutio ordinaria. §. 8. & Monum. fol. 43. conceſſ. 48. & vide ſupra verb. abſolutio quo ad monachos. §. 13.

§. 8.

Cœterum poſſe monialem corporalia, & purificatoria a Monachis prius lota lauare indulſit Sixtus iiij. Minorib. vt eorum Compend. hoc verb. §. 14.

§. 9.

De tranſlatione verò monaſteriorũ Monialiũ de vno ad aliud monaſterium, vel locum, & qualiter a nullo impediri poſſit, vide verb. bona. §. 7. & verbo eccleſiæ. §. 8. & quod earum monaſteria alijs ſubiecta per eorum abbatibus viſiten tur, & corrigantur, vide verb. monaſteria. §. 13.

Egredi a monaſterio monialibus, etiam ad breue tẽpus, niſi ex aliqua legitima, & ab epiſcopo approbanda cauſa non licet indultis quibuſcumque, & priuilegijs non obſtantibus, vt habet ſacrum Concilium

Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regularib. & tradit Nauarr. in Comment. 4. de regular. num. 47. referendo, & declarando Extrauag. Pij V. ſuper hoc edita, quæ incipit Decori. quæque quo ad hoc ſic habet. Volumus, & infra, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas prẹter alios ordinum ſuperiores, quibus cura monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum, ſeu alium loci ordinarium, etiamſi &c. cognita, & expreſſe in ſcriptis approbata ſit, a monaſterijs prædictis exire; ſed nec in prædictis extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere hẹc ibi. Per quæ clare conſtat cauſam exeundi approbandam eſſe non ſolum a ſuperiore monialiũ, verum etiam ab ipſo loci ordinario, cum eiſdem in his quæ ad clauſuram, & rationem ſpiritualium attinet, etiam in exemptos iuriſdictionẽ habeant, vt d. cap. 5. ſeſſ. 25. conſtat.

Quod autem etiam hodie Moniales vſum, & adminiſtrationem aliquorum bonorum habere poſſint, de ſuperiorum ſuarum licentia cauſtat ex his; quæ hinc inde citat Nauar. in Cõment. 1. de regularib nu. 14. licèt ſanius facerẽt, ſi quidquid donatum alicui ex eis eſſet, vel eius labore, aut induſtria partum Abbatiſſæ traderẽt, quæ neceſſitatibus illius monialis prius prouidendo, reliquum in monaſterij vſum conuerteret, quod voto paupertatis ab eis emiſſo conſonũ magis eſſe apparet. An autẽ ipſæ moniales ſimoniæ labẽ cõmittant accipiendo aliquid ab ingredientibus ſuum monaſterium vide Compend. Minorũ hoc verb. §. 15. & Nauar. in Manua. cap. 27. num. 105. vbi citat D.

Antoninum, & alios dicentes Martinum V. dixiſſe ſe nolle Moniales hac ſimonia teneri. quomodo autem ante profeſſionem ab ordinarijs in forma Cõcilij examinari debeant vide cap. 17. de regularib. ſeſſ. 25.

NATALIVM DEFECTVS.

Generalis Reformator huius noſtræ Cõgregationis ſuper quocumque natalium defectu cum monachis diſpenſare poteſt, vt ſupra verb. diſpenſatio. §. 13. 14. & 15. Quin etiam Iulius ij. Congregat. Montiſoliueti priuil. 31. fol. 75. indulſit, vt huiuſmodi defectu nõ obſtante, monachi profeſſi ſine alia diſpenſatione poſſint in Abbates aſſumi, & nominari, quod ipſum indulſit etiam Eugenius iiij. Congregationi S. Iuſtinæ, vt ex priuil. Montiſoliueti 50. fol. 191. & priuiuil. 52. fol. 205. & ſupra verb. diſpenſatio. §. 15. apparet.

Licet regularis profeſſio emundet Monachum ab omni irregularitate citra eius culpam contracta quo ad ordines ſuſcipiendos, non tamen quo ad dignitates, & prælaturas Regulares, vt ſupra verb. abſolutio quo ad monachos, adnotatum eſt; ideo intrat diſpoſitio prædictorum priuilegiorum, quatenus monachus profeſſus licet inhabilis & incapax propter defectũ natalium, ſine alia diſpenſatione, ad eaſdem dignitates, & prælaturas promoueri poteſt; de quo vide ſupra verb. a diſpenſatio. §. 15. & ibi notata.

§. 1.

Notarij,& Tabelliones,& alij quicunq; pro executione litterarum Apoſtolicarum,in cauſis Congregationis, vel Ordinis requiſiti,etiã abſque dioceſanorũ,& ordinariorũ,ſeu quorumcũque prælatorum licentia procedere poſſunt, & tenentur. Martin. v. priuil. 76. Ciſtercien.

§. 2.

Et Generalis Reformator poteſt in notarios creare,& deputare quoſcumque monachos Congregationis probos,& fide ad id,doctrinaq; idoneos, qui quoties requiſiti fuerint, poſſint omnia,& ſingula mandata, priuilegia,conceſſiones & indulta Congregationi , ſeu eius perſonis cõceſſa, necnõ reſcripta apoſtolica quibuſuis perſonis ſecularibus, aut eccleſiaſticis inſinuare, eaſque iuxta prædictorum tenorem requirere, & monere,aliaque omnia oportuna, & neceſſaria exequi, & de illis publica coram teſtibus requiſitis inſtrumenta conficere, quibus eadem in iudicio , & extra fides adhibeatur, quæ ſi per alios Notarios authenticos rogata fuiſſent adhiberetur, ac eaſdem perſonas ſic intimatas, monitas, & requiſitas arctari debere cõceſſit Pius v. Ordini Prædicatorum , adiecta pœna ſuſpenſionis a diuinis quo ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, excõmunicationis verò ipſo facto quo ad inferiores, cum maximis, & inſolitis clauſu-

lis,

lis, etiam derogatoriarũ derogatorijs, vt refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verbo.

NOVITIVS ORDINIS.

§. 1.

Generali, ac monaſteriorum Abbatibus indultum eſt, vt omnes, & ſingulos huic Congregationi ſociari volentes, licet aliam Religioné, vel Ordinem etiam arctioré ingredi vouiſſét, ad probationem, & profeſſionem recipere, eoſq; auctoritate Apoſtolica ab huiuſmodi voto abſoluere, & ſuper omnibus alijs votis (Religionis excepto) cum ipſis diſpenſare, ac a quocumque excommunicationis vinculo innodatis, iniũcta eis, iuxta eorũ facultates reſtitutioue, & pœnitẽtia ſalutari, tanquã vni ex monachis abſolutionis beneficium impẽdere poſſint. Ita tamẽ, quòd ſi inde ante profeſſionis emiſſionem diſceſſerint in eandem ipſo facto reincidant. Leo x. Camãd. num. 63. & 64. & Iul. ij. Congreg. Montiſoliueti priuil. 31. fol. 87. & ibid. Eugen. iiij. Congreg. S. Iuſtinæ priuil. 49. fol. 180. & priuil. 50. fol. 188. & Alexand. iiij. Carthuſien. fol. 8. & Gregor. ix. fol. 19. cum limitatione, niſi quando propter ſcandalum ad Sedem Apoſtolicam recurrendum eſſet.

Vltra notata ſupra verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. quæ adprime ad intellectum contentorum

in hoc § faciunt. adde primo, quod dubitari poſſet. an Nouitius perpeatrndo aliquod delictum poſſit caſtigari à Prælato regulari: nam vt infra verb. vota commutare, & diſpenſare, dicitur, eius voluntas ab ipſius Prælati regularis voluntate non pendet, ſed dicendũ eſt, ipſum Prælatum Regularem poſſe, & debere illum caſtigare, vt poſt Ioan. Andr. Domini. Franchum & alios in cap. beneficium. de regula lib. 6. & alibi determinat Nauarr. in Manua. nouiſsimè typis excuſo cap. 12. num. 65.

Secundo, quod licèt vouens ſtrictiorem Religionem, laxiorem ingrediendo peccet, iuxt. S. Thomam 2. 2. q. fin. art. penul. illius tamen profeſſio valet, nec aliam ingredi tenetur, vt habet expreſſe text. in cap. qui poſt votum. de regula. lib. 6.

Tertio, quod Religionis fauore ei, qui eam ingreditur, nulla certa pro peccato pœnitentialis ſatisfactio requiritur, quia totum vitæ tempus obedientiæ ſui Creatoris in illa impendere deſtinat, § in his authoritatibus. & ibi gloſſa. de pœnit. diſt. 1. per cap. admonere. 33. q. 2. ita quod omnia illius vota, quæ dum eſſet in ſeculo emiſit, ipſo facto in votum ſolenne religionis commutantur, cap. peruenit. & ei adnot. de voto.

Quarto, quod licet pœnitenti, & contrito cum propoſito profitendi abſolutio, etiam a reſeruatis facta valida ſit, S. Thomas quolibet. 1. art. 12. & alij in 4. diſtin. 17. etiamſi poſtea non profiteatur, vt etiam ſupra verb. abſolutio quoad monachos. §. 1. adnotatum eſt; ſecus tamen dicendum videtur in caſu priuilegij: quia quoad vota, & cenſuras, quorum abſolutio poteſt

fieri conditionaliter, iuxta cap. ecs. & ei adnotata, de ſenten. excému. lib. 6. ſi conditioni non pareat, ſcilicet niſi profiteatur, reincidit.

§. 2.

Quocirca nullus cuiuſcumq; qualitatis audeat noſtram Congregationem ingredi volentem impedire, alienare, ſeu moleſtare ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrenda, à qua non niſi in mortis articulo, ab alio, quàm à Sede Apoſtolica abſolui poſſit. Leo x. Congreg. Camand. nu. 39. & 40. & Celeſtino. num. 22. Iul. ij. Congregat. Montiſoliueti priuil. 31. fol. 79. & Eugen. iiij. priuil. 49. fol. 179. Congregat. S. Iuſtinæ.

§. 3.

Et præterea qui ſupradictis ingredientibus, vel eos recipientibus iniuriam, vel moleſtiam aliquam irrogare præſumpſerint, ſi poſtquam huius priuilegij notitiam habuerint a præmiſſis non deſtiterint, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, à qua præter quam in mortis articulo, niſi a Sede Apoſtolica abſolutionis beneficium nequeunt obtinere, vt Compend. Societa. Ieſu verb. ſocietas. §. 2.

§. 4.

Nos verò quoſcumque etiam clericos, ſeculares, vel regulares cuiuſcumque Religionis exiſtant, ac quoſcumque laicos, qui ad monaſteria noſtra conuolauerint

abſque

abſque aliqua contradictione recipere poſſumus, Congregat. Celeſtino.nu.22. Quibuſcũq; priuilegijs, & indulgentijs alijs Religionibus ſub quauis verborum forma conceſſis non obſtantib. ibid.fol.23.

§. 5.

Porrò recipientes huius Congregationis habitum, & in eo ſecundum eiuſdem inſtituta perſeuerantes, etiamſi ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis cenſuris à iure, vel ab homine, ſpecialiter, vel generaliter latis ligati ſint, in forma Eccleſię conſueta abſoluere, ac eos, qui poſt emiſſam profeſſionem recoluerint ſe talibus ſententijs in ſeculo fuiſſe innodatos, auctoritate Apoſtolica abſoluere, ac cum eiſdẽ diſpenſare ſuper irregularitatibus, quas ſic innodati, vel in locis interdicto ſuppoſitis celebrando, aut etiam ordines ſacros recipiendo cõ traxerunt. Ita tamen, vt ſi ære alieno grauati reperiuntur in quãtum facere poſſunt ſatisfaciãt, Celeſt. v. Generali Congregationis, num. 42. indulſit.

Clauſula hæc, In forma Eccleſiæ conſueta. quatuor regulariter requirit, Nauarr. poſt S. Anton. & alios in Manua. cap. 26. num. 7. Primum, vt abſoluens exigat ab abſoluendo iuramentũ de parendo Eccleſiæ, vel ipſius abſoluentis præceptis, Secundum, quòd ſi ſit parti ſatisfaciendum, vel cauendum, prius ſatisfaciat, vel caueat. Tertiũ, vt in modo abſoluendi ſer-

uel formam conſuetam, quæ (prætermiſſis illis, quæ idem S. Antoninus, & alij poſt Speculatorem in titu. de ſentent. §. vt autem. nu. 3. ſ. aiunt, quæque vt dicit Nauarr. vbi ſupra aliquo canone non reperiũtur expreſſa) eſt illa, quæ traditur in cap. a nobis. in fine de ſenten. excommunic. ſcilicet, vt illum abſoluat cum pſal. pęnitentiali, & oratione, additis alijs, ſi quę conſueuerunt, etiãſi ſit ſolennis anathematizatio, de qua in cap. cum aliquis. 11. q. 3. Quartum, vt eidem mãdet rationabiliter, & ſæpe ſub vinculo pręſtiti iuramẽti præcipiat, vt à ſimilibus in poſterum abſtineat: Et quando ob cauſam ab aliquo poteſtatem non habente abſoluit ur, illi, a quo abſoluendus erat, impedimento ceſſante ſe præſentet, cap. quamuis, de ſentent. excommuni. hęc tamen omnia non procedunt, quando abſolutio a Confeſſario quo ad forum conſcientię tantum facienda eſt, iuxta eundem Nauar. in d. Manua. cap. 27. num. 278. ſed tantum, quæ illi foro conueniunt.

§. 6.

Verum monachus, qui ãnte ingreſſũ, & profeſſionem huius religionis aliquibus perſonis, vniuerſitatibus, vel collegijs, quorum memoria pęnitus non habuerit, in aliqua pecuniæ quantitate, vel alterius rei reſtitutione obnoxius erat illam, ſeu rei æſtimationem in vſus monaſterij quod ingreſſus fuerit conuertendo ſine alia præſtatione abſolutus remanet. Celeſtin. v. ſue Cõgrega. nu. 49. & Franciſcanis, vt refertur Compend. Societ. Ieſu verb. reſtitutio. §. 1.

Nec mirũm; quia ſi facta diligentia non poteſt reuocare in memoriam perſonam; cui pecunia debetur, vel cuius res eſt, poteſt illas pauperibus reſtituere, vel in alia opera pia, de quibus eſt monaſterium, impendere, iuxta textum, & gloſſ. in capit. cum tu. de vſuris, & vide Nauarr. in Manual. capit. 17 numer. 92.

§. 7.

Quibus autem caſib. nouitij à peccatis, etiam ſimoniæ, cenſuris, & pœnis, tam in vita, quàm in mortis articulo abſolui poſſint, & cum eiſdẽ ſuper irregularitatibus diſpenſari, vide verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. & verb. diſpenſatio. §. 1. & verb. ſimonia.

NVNCII APOSTOLICI.

Monaſteria Congregationis exempta ſunt à quacumque præſtatione, & ſolutione quibuſcumque ſedis Apoſtolicæ legatis, etiam de latere, vel Nuncijs quacumque poteſtate fungentib. ſiue ratione procurationis, ſiue alia quacũmque facienda, de quo vide verb. exemptio. §. 3. & verb. legati. §. 5.

OBEDIENTIA.

Monachi, & monaſteria huius Congregationis

nis nulli alij ordinario, vel ſuperiori, ſeculari, vel regulari, nec etiã Capitulo generali Ordinis Ciſtercienſis, aut alij cuicumque quàm generali eiuſdem Reformatori obedientiam debẽt, Eugen. iiij. priuil. 4. num. 6. & priuileg. 7. num. 3. & 5.

Cum obedientia ex S. Thoma 2.2.q.104. art. 2. ſit virtus moralis promptam voluntatem alicuius reddens ad implendum voluntatem præcipientis; vnde D. Gregorius relatus in cap. ſciendum. 8. q. 1. obedientia, inquit, quæ habet aliquid de ſuo, vt in proſperis nulla eſt, vel ſi de ſuo aliquid non habeat, vt in deſpectis huius vitæ, minima: itaque limitetur ſecundum ſuperioritatis gradus: ita quod ſuperiori a ſubditis obediendum eſt, in quibus ſuperioritatem habet, etiam ſi quantumcumque durum imponat, dum implebile ſit, & licitum; quamuis regula non caueatur, vt ait Abbas in cap. ſuper eo. de regula. ſequitur Religioſum non debere, nec ſine peccato poſſe velle, vel nolle quidquam contra ſuperioris iubentis ei ſecundum regulam a ſe votam voluntatem, S. Thomas quolib. 10. artic. 16. & 2. 2. quæſt. 104 articul. 5. declaratus à Sylueſt. in ſumma verb. religio. 6. quæſt. 6. & ſentit gloſſa extrauag. quorundam. Ioann. xxij de verb. ſignifica. verb. voluerit. Vnde nec litteras dare, vel accipere, vel quidquam aliud facere præter ſuperioris voluntatem poteſt, vt ait expreſſe textus in capit. non dicatis. 12 quæſt. 1. vbi late de hoc Nauarr. in Commen. 2 de regularib. præ-

ſertim

ſertim nu, 13. quia Religioſus debet habere animum ſemper tendendi ad perfectionem beatitudinis viæ ſecundum ſuam regulam, vt poſt vtrumque Thomam 2.2.q.184.art.5.ad 2. ait idem Nauarrus in Comment. 1. de regularib. nu. 10.

OBLATIONES.

Oblationes prælatis ſecularibus in noſtris monaſterijs celebrantibus factę eiſdem monaſterijs debentur. Bonifacius Octauus priuileg. 47. Ciſtercien.

OFFICIVM DIVINVM.

§. I.

Generalis Reformator cum ſeniorum conſilio ordinat, & diſponit quomodo diuinum officiũ in ſingulis monaſterijs fieri debeat, videlicet, quæ horæ, & quibus diebus in choro cum cantu, vel ſine recitandę ſint. Capitulum verò, quomodo fratres conuerſi, & monachi, qui non ſunt in ſacris, & de quibus nihil in Regula deciſum eſt, officium dicere debeant, Eugen. iiij. priuil. 10. num. 12, & 14. Eædem tamen obſeruantię, idem cantus, libri, & alia ad officium diuinum pertinentia per vniuerſas monaſteriorũ eccleſias obſeruari debent, prout ex antiquorũ

patrum

patrum ordinis charitatis carta apparet. Euge. iij. priuil. 3. num. 5. Ciſtercien.

Regulares omnes vtriuſque ſexus choro deputatos ad horas canonicas quotidie recitandas teneri aſſerit Palud. in 4. diſtin. 15. q. 5. col. 1. & poſt eum efficaci ratione probat S. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 4. §. 1. quorum dicta refert, & amplificat Nauar. in Enchirid. de oratio. cap. 7. num. 4. & in Manual. Confeſſ. cap. 25. num. 97. Licèt Caiet. in ſumma verb. horarũ, dicat, non reperiri textum, nec rationem id neceſſario concludentem, cuius dictum defendere fruſtra conatur Sotus lib. 10. q. 7. colum. penult. de iuſti. & iure, vt ait idem Nauarr. in d. Enchirid. cap. 20. num. 19. Quod vniuerſalis Eccleſię obſeruantia manifeſte declarauit. Vnde ſequitur peccare mortaliter Regulares prædictos, ſi impedimento ceſſante legitimo, & ſine iuſta cauſa quotidie horas canonicas non recitauerint, vel illarum aliquam, vel partem notabilem omiſerint iuxta Cardin. Turrecrem. in §. 1. 91. diſtinctio. Palud. vbi ſupra, & Silueſt. in ſumma, verbo hora. quæſt. 15.

§. 2.

At verò monachos in ſacris non conſtitutos, qui obedientijs occupati, vix & abſque tędio, ac labore officium diuinum adimplere poſſunt, ad illud totale non teneri, vide verb. diſpenſatio. §. 18. & quomodo Abbas cum infirmis circa illud diſpenſet. §. 19. & 20. & verb. infirmi. §. 2.

§. 3. Por-

§. 3.

Porrò Leo x. indulſit Minoribus, vt Capitulu generale habeat facultatem declarandi dubia circa diuinum officium occurrentia, illudque addendo, & mutando in regulis, & kalendario ordinandi, vt videre eſt eorum Compend. hoc verb. §. 19.

§. 4.

Si quãdo tamẽ aliquid ex eo ſine dolo omiſſum fuerit, poteſt per recitationẽ alicuius pſalmi, vel orationis Dominicæ, vel Angelicę ſalutationis ſuppleri, vt conceſſit Innoc. viij. Minorib. eorum Monum. fol. 69. conceſſ. 149. & ſupplem. fol. 99. conceſſ. 362.

§. 5.

Et licèt propter aliquam defatigationem, vel aliã cãnt ſedẽdo, aut deambulãdo, vel nõ integrè verba prout ſunt ſcripta propter negligentiam, imperitiam, vel malam prolationem naturalem ob defectum linguæ, ſeu aliàs qualitercumque ore imperfectè proferendo, aut cum mentis diſtractione, & ſenſuum euagatione officium diuinum quis recitauerit, dum tamen non ex malitia id contingat, præcepto cap. dolentes. de celebra. miſſ. de dicendo ſtudioſe pariter, & deuotè in foro conſcientiæ ſatisfacit. Leo x. Minorib. vt eorum ſupplem. fol. 59. conceſſ. 169. & fol. 60. pag. 1.

§. 6.

Proinde poſſunt noſtri Monachi ſine vllo ſcru-

pulo

pulo ratione itineris, vel alterius honeſtę occupationis, quando creditur, quòd tunc maiori cũ deuotione officium recitabunt, dicere Matutinum veſperi ante ſolis occaſum, vel mane totũ vſque ad Completorium incluſiue. Pius v. Minorib. vt refertur Compend. Societat. Ieſu verb. horę Canonicæ. §. 2.

§. 7.

Nec qui cum talibus malè proferentibus, vel aliàs aliquos recitando defectus admittentibus diuinum officium alternatim recitant ab illis ſic imperfectè dicta, aut ab eis propter diſtantiam localem, vel ſtrepitum, aut aliam cauſam non integrè audita repetere tenentur, ſed quando illi de præcepto recitant, qualitercumq; audiant obligationi ſuæ ſatisfaciunt. Leo x. Minorib. eorum Compend. hoc verbo §. 16.

§. 8.

Quinimo Sixtus iiij. ipſis Minorib. indulſit, quod non valentes diuinum officium bene, ac diligenter, pro vt tenẽtur, in choro perſoluere, veluti propter defectum viſus, vel auditus aliquid prætermittentes illud omiſſum iterũ perſoluere non teneantur; ſed dicendo vnũ pſalmum in horarum fine ſufficiat, vt videre licet in eorum Monum. fol. 66. conceſſ. 98. & ſupplem. fol. 100. 382. num. 13.

§. 9.

Cœterum Monachi ratione itineris, vel alia in breuiario alterius Ordinis horas recitantes

ſatisfaciunt.Innoc.iiij.Minorib.illorum Compend.hoc verb.§.1.

§.1°.

Et qui per librum recitauerint remiſſionem dimidiæ partis peccatorum illa die commiſſorum conſequuntur per indultum Leonis x. Minorib.eorum Compend.hoc verb.§.28. Dicentes verò in hymnis B.Mariæ verſicu. *Maria mater gratiæ, &c.* decem annos indulgentiæ. Alexand. vj.dicto Compend.& verb.§. 10.

§.11.

Verùm quicumque poſt quamlibet horarũ, vel omnibus finitis dixerit oration Sacroſanctæ,& indiuiduæ Trinitatis &c. & ea finita, vnũ Pater. & vnum Aue mària. pro fœlici ſtatu ſuæ ſanctitatis, & Eccleſiæ ſanctæ remiſſionem plenariam omnium defectuum in illa hora, ſeu officio diuino humana fragilitate commiſſorum cõſequitur. Leo x.Minorib.vt eorum ſupplem. fol.901.conceſſ. 268.& Compend. hoc verb. §. 26.&27.

Quoniam materia de horis Canonicis recitandis diffuſior eſt, quàm quæ vnica adnotatiuncula explicari poſſit, facere ſatis mihi videor quantum opus aggreſſum patitur, ſi aliqua, quę deſiderantur ex Nauarro in Enchiridio de oratione, & horis Canonicis, vbi ea in ſpecie, & ex profeſſo tractantur, veluti digito indicem, ſcilicet quo geſtu diuinum officium recitandum ſit, an geniculando, ſtando, ſedendo, deambulando,

bulando, equitando, &c. cap. 4. per totum. Quomodo defectus circa illud admiſſi ſuppleri poſſint cap. 10. præſertim num. 43. 48 & ſeq. Qua attentione, an veſtiendo, calciando, & alijs ſe actibus exterioribus occupando, cap. 13. num. 47. Quæ cauſę a recitando excuſant cap. 11. præſertim a num. 13. ad 19. & a nu. 32. vſque in fin. & cum multa, quæ biſce priuilegijs comprehenduntur iure concedantur, quid operetur illorum conceſſio, cap. 19. concluſ. 9. num. 84. Et quæ prædictorum ſint verè priuilegia, ibid. concluſio. 10. aliaque quamplurima huc ſatis pertinētia, quæ lector ſedulus ex ſe perquiret.

OFFICIALES ET OFFICIA Ordinis.

Abſolutio, aut priuatio ab Ordinis officijs a nullo iudice per monachos peti poteſt, Paul. iij. Societa Ieſu, vt illius Compend. hoc verb.

Quis vero monaſteriorum officiales abſoluat, & cum eis diſpēſet vide verb. abſolutio quo ad ſeculares. §. 1. & verb. diſpenſatio. §. 1

ORACVLA.

Conceſſa per viuæ vocis oracula nō ſunt minoris efficaciæ, quàm ſi per bullam, aut breue ad perpetuam rei memoriam concederentur, vt ex confirmatione priuilegiorum S. D. N. Sixti V.

& ex alijs priuilegijs apparet, vide verbo communicatio. verb. confirmatio. & Compend. Minorum hoc verb. §. 2. & ſupplemen. fol. 58. conceſſ. 161.

ORDINARII IVDICES.

Nullus omnino iudex perſonas huius Congregationis, etiam ratione delicti, ſeu contractus ad forenſes conuentus, ſeu etiam Synodos euocare poteſt, niſi pro fide tantum, vel de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, immo illæ, & loca monaſteriorum ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione &c. epiſcoporum, & Iudicum ordinariorum ſunt exempta. Lucius iij. priuil. 7. Innoc. iiij. priuil. 18. & Innoc. viij. 108. Ciſtercien. vide ſupra verb. exemptio. §. 2. vbi adnotatum eſt quid prædictis obſtet Concilium Trident.

ORDINES SACRI, ET *Minores.*

§. 1.

Generalis reformator & Abbates huius Cõgregationis poſſunt quibuſcumque monachis ſuis primam tonſuram, & quatuor minores ordines ritè, ac rectè conferre: quia licèt benedicti non ſint: omnibus tamen priuilegijs, præeminentijs, iuribus, & prærogatiuis benedictis

com-

competentibus vti,& fungi poſſunt. Eugen. iiij. priuil.6.nu.14.& Congregatio .Celeſti. nu. 34. vide verbo Abbas.§.3.verb. benedicere. §. 4. & ibi notata.& verb.generalis.§. 7.

Quòd Abbates iuxta Communem poſsint regulariter primam tonſuram, & quatuor minores ordines ſuis monachis conferre ſupra verb. benedicere. §. 4. oſtenſum eſt, an autem hæc eorum poteſtas quoad alios extraneos ſiue regulares ſint, ſiue ſeculares, extendatur, dummodo vtriorumque prælatorum, necnon Epiſcopi loci, in quo conferrentur ab Abbate ordines prædicti minores, conſenſus accedat, iure ſatis probari poſſe videtur: ſed quia hoc Concilium Tridentin. tangit, cap. 10. de refor. ſeſſ. 23. ideo cui de iure declarandum relinquo, prout affirmatiuè declaratum fuiſſe audio.

§. 2.

Monachi tamē cum Abbatum ſuorum litteris dimiſſorijs, ſeu cōmendatitijs poſsūt a quocunque maluerint catholico Antiſtite ordines etiam ſacros recipere ex priuil. 20. nu. 2. & priuil.8.num.3.Ciſtercien.& Leone x.priuil.2.nu. 2.& Paul.iij.Societa. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb.§.1.vide verb. epiſcopus.

Hoc priuilegium etiam hodie indirectè procedit. Tum quia Cōcilium Trident. cap. 8. de refor. ſeſſ. 23. decreuit, nullum ab alieno epiſcopo ordinari debere, niſi eius probitas, & mores ordinarij ſui teſtimonio

 commen-

in hoc § faciunt adde primo, quòd dubitari poſſet an Nouitius perpeatrndo aliquod delictum poſſit caſtigari à Prælato regulari: nam vt infra verb. vota commutare, & diſpenſare, dicitur, eius voluntas ab ipſius Prælati regularis voluntate non pendet, ſed dicendũ eſt, ipſum Prælatum Regularem poſſe, & debere illum caſtigare, vt poſt Ioan. Andr. Domini. Francum & alios in cap. beneficium. de regula lib. 6. & alibi determinat Nauarr. in Manua. nouiſsimè typis excuſo cap. 12. num. 65.

Secundo, quod licèt vouens ſtrictiorem Religionem, laxiorem ingrediendo peccet, iuxt. S. Thomam 2. 2. q. fin. art. penul. illius tamen profeſſio valet, nec aliam ingredi tenetur, vt habet expreſſe text. in cap. qui poſt votum. de regula. lib. 6.

Tertio, quòd Religionis fauore ei, qui eam ingredi tur, nulla certa pro peccato pænitentialis ſatisfactio requiritur, quia totum vitæ tempus obedientiæ ſui Creatoris in illa impendere deſtinat, § in his authoritatibus. & ibi gloſſa. de pœnit. diſt. 1. per cap. admonere. 33. q. 2. ita quod omnia illius vota, quæ dum eſſet in ſeculo emiſit, ipſo facto in votum ſolenne religionis commutantur, cap. peruenit. & ei adnot. de voto.

Quarto, quòd licet pænitenti, & contrito cum propoſito profitendi abſolutio, etiam a reſeruatis facta valida ſit, S. Thomas quolibet. 1. art. 12. & alij in 4. diſtin. 17. etiamſi poſtea non profiteatur, vt etiam ſupra verb. abſolutio quoad monachos. §. 1. adnotatum eſt; ſecus tamen dicendum videtur in caſu priuilegij: quia quoad vota, & cenſuras, quorum abſolutiõ poteſt

fieri conditionaliter, iuxta cap. ecs. & ei adnotata, de ſenten. excõmu. lib. 6. ſi conditioni non pareat, ſcilicet niſi profiteatur, reincidit.

§. 2.

Quocirca nullus cuiuſcumq; qualitatis audeat noſtram Congregationem ingredi volentem impedire, alienare, ſeu moleſtare ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrenda, à qua non niſi in mortis articulo, ab alio, quàm à Sede Apoſtolica abſolui poſſit. Leo x. Congreg. Camand. nu. 39. & 40. & Celeſtino. num. 22. Iul. ij. Congregat. Montiſoliueti priuil. 31. fol. 79. & Eugen. iiij. priuil. 49. fol. 179. Congregat. S. Iuſtinæ.

§. 3.

Et præterea qui ſupradictis ingredientibus, vel eos recipientibus iniuriam, vel moleſtiam aliquam irrogare præſumpſerint, ſi poſtquam huius priuilegij notitiam habuerint a præmiſſis non deſtiterint, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, à qua præter quam in mortis articulo, niſi a Sede Apoſtolica abſolutionis beneficium nequeunt obtinere, vt Compend. Societa. Ieſu verb. ſocietas. §. 2.

§. 4.

Nos verò quoſcumque etiam clericos, ſeculares, vel regulares cuiuſcumque Religionis exiſtant, ac quoſcumque laicos, qui ad monaſteria noſtra conuolauerint

abſque

abſque aliqua contradictione recipere poſſumus, Congregat. Celeſtino.nu.22. Quibuſcũq; priuilegijs, & indulgentijs alijs Religionibus ſub quauis verborum forma conceſſis non obſtantib. ibid.fol.23.

§. 5.

Porrò recipientes huius Congregationis habitum, & in eo ſecundum eiuſdem inſtituta perſeuerantes, etiamſi ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis cenſuris à iure, vel ab homine, ſpecialiter, vel generaliter latis ligati ſint, in forma Eccleſię conſueta abſoluere, ac eos, qui poſt emiſſam profeſſionem recoluerint ſe talibus ſententijs in ſeculo fuiſſe innodatos, auctoritate Apoſtolica abſoluere, ac cum eiſdẽ diſpenſare ſuper irregularitatibus, quas ſic innodati, vel in locis interdicto ſuppoſitis celebrando, aut etiam ordines ſacros recipiendo cõ traxerunt. Ita tamen, vt ſi ære alieno grauati reperiuntur in quãtum facere poſſunt ſatisfaciãt, Celeſt. v. Generali Congregationis, num. 42. indulſit.

Clauſula hæc, In forma Eccleſiæ conſueta. quatuor regulariter requirit, Nauarr. poſt S. Anton. & alios in Manua. cap. 26. num. 7. Primum, vt abſoluens exigat ab abſoluendo iuramentũ de parendo Eccleſiæ, vel ipſius abſoluentis præceptis. Secundum, quòd ſi ſit parti ſatisfaciendum, vel cauendum, prius ſatisfaciat, vel caueat. Tertiũ, vt in modo abſoluendi ſeruet

uet formam conſuetam, quæ (prætermiſſis illis, quæ idem S. Antoninus, & alij poſt Speculatorem in titu. de ſentent. §. vt autem. nu. 5 ſ. aiunt, quæque vt dicit Nauarr. vbi ſupra aliquo canone non reperiũtur expreſſa) eſt illa, quæ traditur in cap. a nobis. in fine de ſenten. excommunic. ſcilicet, vt illum abſoluat cum pſal. pænitentiali, & oratione, additis alijs, ſi quę conſueuerunt, etiãſi ſit ſolennis anathematizatio, de qua in cap. cum aliquis. 11. q. 3. Quartum, vt eidem mãdet rationabiliter, & ſæpe ſub vinculo pręſtiti iuramẽti præcipiat, vt à ſimilibus in poſterum abſtineat: Et quando ob cauſam ab aliquo poteſtatem non habente abſoluit ur, illi, a quo abſoluendus erat, impedimento ceſſante ſe præſentet, cap. quamuis. de ſentent. excommuni. hęc tamen omnia non procedunt, quando abſolutio a Confeſſario quo ad forum conſcientię tantum facienda eſt, iuxta eundem Nauar. in d. Manua. cap. 27. num. 278. ſed tantum quæ illi foro conueniunt.

§. 6.

Verum monachus, qui ante ingreſſũ, & profeſſionem huius religionis aliquibus perſonis, vniuerſitatibus, vel collegijs, quorum memoria penitus non habuerit, in aliqua pecuniæ quantitate, vel alterius rei reſtitutione obnoxius erat illam, ſeu rei æſtimationem in vſus monaſterij quod ingreſſus fuerit conuertendo ſine alia præſtatione abſolutus remanet. Celeſtin. v. ſuę Cõgrega. nu. 49. & Franciſcanis, vt refertur Compend. Societ. Ieſu verb. reſtitutio. §. 1.

Nec

Nec mirum; quia ſi facta diligentia non poteſt reuocare in memoriam perſonam; cui pecunia debetur, vel cuius res eſt, poteſt illas pauperibus reſtituere, vel in alia opera pia, de quibus eſt monaſterium, impendere, iuxta textum, & gloſſ. in capit. cum tu. de vſuris, & vide Nauarr. in Manual. capit. 17. numer. 92.

§. 7.

Quibus autem caſib. nouitij à peccatis, etiam ſimoniæ, cenſuris, & pœnis, tam in vita, quàm in mortis articulo abſolui poſſint, & cum eiſdē ſuper irregularitatibus diſpenſari, vide verb. abſolutio quo ad monachos. §. 1. & verb. diſpenſatio. §. 1. & verb. ſimonia.

NVNCII APOSTOLICI.

Monaſteria Congregationis exempta ſunt à quacumque præſtatione, & ſolutione quibuſcumque ſedis Apoſtolicæ legatis, etiam de latere, vel Nuncijs quacumque poteſtate fungentib. ſiue ratione procurationis, ſiue alia quacumque facienda, de quo vide verb. exemptio. §. 3. & verb. legati. §. 5.

OBEDIENTIA.

Monachi, & monaſteria huius Congregationis

nis nulli alij ordinario, vel ſuperiori, ſeculari, vel regulari, nec etiā Capitulo generali Ordinis Ciſtercienſis, aut alij cuicumque quàm generali eiuſdem Reformatori obedientiam debēt, Eugen. iiij. priuil. 4. num. 6. & priuileg. 7. num. 3. & 5.

Cum obedientia ex S. Thoma 2.2.q.104.art. 2. ſit virtus moralis promptam voluntatem alicuius reddens ad implendum voluntatem præcipientis; vnde D. Gregorius relatus in cap. ſciendum. 8. q. 1. obedientia, inquit, quæ habet aliquid de ſuo, vt in proſperis nulla eſt, vel ſi de ſuo aliquid non habeat, vt in deſpectis huius vitæ, minima: itaque limitetur ſecundum ſuperioritatis gradus: ita quod ſuperiori a ſubditis obediendum eſt, in quibus ſuperioritatem habet, etiam ſi quantumcumque durum imponat, dum implebile ſit, & licitum; quamuis regula non caueatur, vt ait Abbas in cap. ſuper eo. de regula. ſequitur Religioſum non debere, nec ſine peccato poſſe velle, vel nolle quidquam contra ſuperioris iubentis ei ſecundum regulam a ſe votam voluntatem, S. Thomas quolib. 10. artic. 16. & 2. 2. quæſt. 104 articul. 5. declaratus à Sylueſt. in ſumma verb. religio. 6. quæſt. 6. & ſextit gloſſa extrauag. quorundam. Ioann. xxij de verb. ſignifica. verb. voluerit. Vnde nec litteras dare, vel accipere, vel quidquam aliud facere præter ſuperioris voluntatem poteſt, vt ait expreſſe textus in capit. non dicatis. 12 quæſt. 1. vbi late de hoc Nauarr. in Commen. 2 de regularib. præ-

ſertim

patrum ordinis charitatis carta apparet. Euge. iij. priuil. 3. num. 5. Ciſtercien.

Regulares omnes vtriuſque ſexus choro deputatos ad horas canonicas quotidie recitandas teneri aſſerit Palud. in 4. diſtin. 15. q. 5. col. 1. & poſt eum efficaci ratione probat S. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 4. §. 1. quorum dicta refert, & amplificat Nauar. in Enchirid. de oratio. cap. 7. num. 4. & in Manual. Confeſſ. cap. 25 num. 97. Licèt Caiet. in ſumma verb. horarũ. dicat, non reperiri textum, nec rationem id neceſſario concludentem, cuius dictum defendere fruſtra conatur Sotus lib. 10. q. 7. colum. penult. de iuſti. & iure, vt ait idem Nauarr. in d. Enchirid. cap. 20. num. 19. Quod vniuerſalis Eccleſię obſeruantia manifeſte declarauit. Vnde ſequitur peccare mortaliter Regulares prædictos, ſi impedimento ceſſante legitimo, & ſine iuſta cauſa quotidie horas canonicas non recitauerint, vel illarum aliquam, vel partem notabilem omiſerint iuxta Cardin. Turrecrem. in §. 1. 91. diſtinctio. Palud. vbi ſupra, & Silueſt. in ſumma, verbo hora. quæſt. 15.

§. 2.

At verò monachos in ſacris non conſtitutos, qui obedientijs occupati, vix & abſque tędio, ac labore officium diuinum adimplere poſſunt, ad illud totale non teneri, vide verb. diſpenſatio. §. 18. & quomodo Abbas cum infirmis circa illud diſpenſet. §. 19. & 20. & verb. infirmi. §. 2.

§. 3. Por-

§. 3.

Porrò Leo x. indulſit Minoribus, vt Capitum generale habeat facultatem declarandi dubia circa diuinum officium occurrentia, illudque addendo, & mutando in regulis, & kalendario ordinandi, vt videre eſt eorum Compend. hoc verb. §. 19.

§. 4.

Si quãdo tamẽ aliquid ex eo ſine dolo omiſſum fuerit, poteſt per recitationẽ alicuius pſalmi, vel orationis Dominicæ, vel Angelicę ſalutationis ſuppleri, vt conceſſit Innoc. viij. Minorib. eorum Monum. fol. 69. conceſſ. 149. & ſupplem. fol. 99. conceſſ. 362.

§. 5.

Et licèt propter aliquam defatigationem, vel aliã cãm ſedẽdo, aut deambulãdo, vel nõ integrè verba prout ſunt ſcripta propter negligentiam, imperitiam, vel malam prolationem naturalem ob defectum linguæ, ſeu aliàs qualitercumque ore imperfecto proferendo, aut cum mentis diſtractione, & ſenſuum euagatione officium diuinum quis recitauerit, dum tamen non ex malitia id contingat, præcepto cap. dolentes. de celebra. miſſ. de dicendo ſtudioſe pariter, & deuote in foro conſcientiæ ſatisfacit. Leo x. Minorib. vt eorum ſupplem. fol. 59. conceſſ. 169. & fol. 60. pag. 1.

§. 6.

Proinde poſſit noſtri Monachi ſine vllo ſcrupulo

pulo ratione itineris, vel alterius honeſtę occupationis, quando creditur, quòd tunc maiori cũ deuotione officium recitabunt, dicere Matutinum veſperi ante ſolis occaſum, vel mane totũ vſque ad Completorium incluſiue. Pius v. Minorib. vt refertur Compend. Societat. Ieſu verb. horę Canonicæ. §. 2.

§. 7.

Nec qui cum talibus malè proferentibus, vel aliàs aliquos recitando defectus admittentibus diuinum officium alternatim recitant ab illis ſic imperfectè dicta, aut ab eis propter diſtantiam localem, vel ſtrepitum, aut aliam cauſam non integrè audita repetere tenentur, ſed quando illi de præcepto recitant, qualitercumq; audiant obligationi ſuæ ſatisfaciunt. Leo x. Minorib. eorum Compend. hoc verbo §. 16.

§. 8.

Quinimo Sixtus iiij. ipſis Minorib. indulſit, quod non valentes diuinum officium bene, ac diligenter, pro vt tenẽtur, in choro perſoluere, veluti propter defectum viſus, vel auditus aliquid prætermittentes illud omiſſum iterũ perſoluere non teneantur; ſed dicendo vnũ pſalmum in horarum fine ſufficiat, vt videre licet in eorum Monum. fol. 66. conceſſ. 98. & ſupplem. fol. 100. 382. num. 13.

§. 9.

Cœterum Monachi ratione itineris, vel alia in breuiario alterius Ordinis horas recitantes

P ſatiſ-

ſatisfaciunt. Innoc. iiij. Minorib. illorum Compend. hoc verb. §. 1.

§. 10.

Et qui per librum recitauerint remiſſionem dimidiæ partis peccatorum illa die commiſſorum conſequuntur per indultum Leonis x. Minorib. eorum Compend. hoc verb. §. 28. Dicentes verò in hymnis B. Mariæ verſicu. *Maria mater gratiæ, &c.* decem annos indulgentiæ. Alexand. vj. dicto Compend. & verb. §. 10.

§. 11.

Verúm quicumque poſt quamlibet horarũ, vel omnibus finitis dixerit oration Sacroſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis &c. & ea finita, vnũ Pater. & vnum Aue mària. pro fœlici ſtatu ſuæ ſanctitatis, & Eccleſiæ ſanctæ remiſſionem plenariam omnium defectuum in illa hora, ſeu officio diuino humana fragilitate commiſſorum cõſequitur. Leo x. Minorib. vt eorum ſupplem. fol. 901. conceſſ. 268. & Compend. hoc verb. §. 26. & 27.

Quoniam materia de horis Canonicis recitandis diffuſior eſt, quàm quæ vnica adnotatiuncula explicari poſſit, facere ſatis mihi videor quantum opus aggreſſum patitur, ſi aliqua, quę deſiderantur ex Nauarro in Enchiridio de oratione, & horis Canonicis, vbi ea in ſpecie, & ex profeßo tractantur, veluti digito indicem, ſcilicet quo geſtu diuinum officium recitandum ſit, an geniculando, ſtando, ſedendo, deambulando,

bulando, equitando, &c. cap. 4. per totum. Quomodo defectus circa illud admiſſi ſuppleri poſſint cap. 10. præſertim num. 43. 48 & ſeq. Qua attentione, an veſtiendo, calciando, & alijs ſe actibus exterioribus occupando, cap. 13. num. 47. Quæ cauſę a recitando excuſant cap. 11. præſertim a num. 13. ad 19. & a nu. 32. vſque in fin. & cum multa, quæ hiſce priuilegijs comprehenduntur iure concedantur, quid operetur illorum conceſſio, cap. 19. concluſ. 9. num. 84. Et quæ prædictorum ſint verè priuilegia, ibid. concluſio. 10. aliaque quamplurima huc ſatis pertinētia, quæ lector ſedulus ex ſe perquiret.

OFFICIALES ET OFFICIA *Ordinis.*

Abſolutio, aut priuatio ab Ordinis officijs a nullo iudice per monachos peti poteſt, Paul. iij. Societa Ieſu, vt illius Compend. hoc verb.

Quis vero monaſteriorum officiales abſoluat, & cum eis diſpēſet vide verb. abſolutio quo ad ſeculares. §. 1. & verb. diſpenſatio. §. 1

ORACVLA.

Conceſſa per viuæ vocis oracula nō ſunt minoris efficaciæ, quàm ſi per bullam, aut breue ad perpetuam rei memoriam concederentur, vt ex confirmatione priuilegiorum S. D. N. Sixti v.

& ex alijs priuilegijs apparet, vide verbo communicatio. verb. confirmatio. & Compend. Minorum hoc verb. §. 2. & ſupplemen. fol. 58. conceſſ. 161.

ORDINARII IVDICES.

Nullus omnino iudex perſonas huius Congregationis, etiam ratione delicti, ſeu contractus ad forenſes conuentus, ſeu etiam Synodos euocare poteſt, niſi pro fide tantum, vel de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, immo illæ, & loca monaſteriorum ab omni iuriſdictione, ſuperioritate, correctione &c. epiſcoporum, & Iudicum ordinariorum ſunt exempta. Lucius iij. priuil. 7. Innoc. iiij. priuil. 18. & Innoc. viij. 108. Ciſtercien. vide ſupra verb. exemptio. §. 2. vbi adnotatum eſt quid prædictis obſtet Concilium Trident.

ORDINES SACRI, ET Minores.

§. 1.

Generalis reformator & Abbates huius Cõgregationis poſſunt quibuſcumque monachis ſuis primam tonſuram, & quatuor minores ordines ritè, ac rectè conferre: quia licèt benedicti non ſint: omnibus tamen priuilegijs, præeminentijs, iuribus, & prærogatiuis benedictis

com-

competentibus vti,& fungi poſſunt. Eugen. iiij. priuil.6.nu.14.& Congregatio .Celeſti. nu. 34. vide verbo Abbas.§.3.verb. benedicere. §. 4. & ibi notata.& verb.generalis.§. 7.

Quòd Abbates iuxta Communem poſsint regulariter primam tonſuram, & quatuor minores ordines ſuis monachis conferre ſupra verb. benedicere. §. 4. oſtenſum eſt, an autem hæc eorum poteſtas quoad alios extraneos ſiue regulares ſint, ſiue ſeculares, extendatur, dummodo vtrorumque prælatorum, necnon Epiſcopi loci, in quo conferrentur ab Abbate ordines prædicti minores, conſenſus accedat, iure ſatis probari poſſe videtur: ſed quia hoc Concilium Tridentin. tangit, cap. 10. de refor. ſeſſ. 23. ideo cui de iure decla randum relinquo, prout affirmatiuè declaratum fuiſſe audio.

§. 2.

Monachi tamē cum Abbatum ſuorum litteris dimiſſorijs, ſeu cōmendatitijs poſsūt a quocunque maluerint catholico Antiſtite ordines etiam ſacros recipere ex priuil. 20. nu. 2. & priuil.8.num.3. Ciſtercien.& Leone x.priuil.2.nu. 2.& Paul.iij. Societa. Ieſu, vt illius Compend. hoc verb.§.1.vide verb. epiſcopus.

Hoc priuilegium etiam hodie indirectè procedit. Tum quia Cōcilium Trident. cap. 8. de refor. ſeſſ. 23. decreuit, nullum ab alieno epiſcopo ordinari debere, niſi eius probitas, & mores ordinarij ſui teſtimonio

commendentur. Tum quia prælatus regularis verè eſt ſuperior ordinarius ſuorum religioſorum habens in eos iuriſdictionem ordinariam, cap. cum ab eccleſiarum prę̨latis.de offi.ord.& l fin. C.de iuriſd.omn. iudi. Tum quia cum ſit exemptus a iuriſdictione epiſcopali dicitur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, iuxta gloſ.ſolen & recept.in clem.1.verb. proprij, de reb. eccleſ non alienand. Tū denique quod c. 10.de refor.ſeſſ.23.a contrario ſenſu probat, Abbates exemptos poſſe dare literas dimiſſorias ad ordines ſuſcipiēdos regularibus ſuis, quod etiam ſatis ſenſit cap.2.de refor.ſeſſ.14.

§. 3.

Verùm in monaſterijs huius Congregationis inuitis eorum prælatis ordines conferre, aut chriſma conficere nulli epiſcoporum licet, Vrban.iij.priuil.8.nu.6. Ciſtercien.nec etiam ciuiles, aut criminales cauſas ibidem agitare, nec Synodos, aut publicos conuentus, & Congregationes, ſeu proceſſiones quarumcumque perſonarum conuocare, Congregat.Celeſtinor.num. 31.& 32. & Leo x.Camandnl. num .46. & Iulius ij. Congregat.Montiſoliueti priuil. 31.fol. 83.& ibid. Congregat.S.Iuſtinę Eugen.iiij.priuil.52.fol.200.

§. 4.

Quòd ſi aliquis monachus noſter ob alicuius ex ſacris ordinibus ante legitimā ętatē ſuſceptionē, ſuſpenſionē, vel etiam irregularitatē incurrerit,

rit, poteſt à Generali Reformatore, & a quocũque Congregationis Abbate abſolui, & ita diſpenſa i, ut ad omnes alios, etiam presbyteratus ordines promoueri, & poſtquam promotus fuerit, in altaris miniſterio miniſtrare, ac miſſas aliaque diuina officia celebrare liberè poſſit, Pius iiij. Congrega. Montisoliueti priuil. 36. fol. 120. & dictum eſt ſupra verbo diſpenſatio. §. 9.

ORNAMENTA SACRA.

Vide verb. benedicere. §. 3. verb. abbas. §. 3. & verb. generalis.

PARAMEMTA SACRA.

Veſtes, & pannos prophanos poſſumus in paramenta, & alios eccleſiarũ vſus ſecura conſciẽtia commutare. Sixt. iiij. vt Compend. Societa. Ieſu verb. Sacra. §. 2.

PARENTES MONACHORVM.

Calixtus Papa iij. conceſſit indulgẽtiam plenariam patribus, & matribus Monachorum, etiam in purgatorio exiſtentium, vt Compend. Minorum hoc verb. §. 1. & verb. indulgentia quoad ſeculares. 8. §. 1. & Monumen. fol. 65. conceſſ. 50.

Nullæ de nouo penſiones ſuper monaſterijs huius Congregationis imponi, ſeu iam impoſitæ, etiam vigore quarumcumque literarũ Apoſtolicarum poſt mortem obtinentium in alios transferri poſſunt. Quod a multis ſummis Pontificibus motu proprio, & ex certa ſcientia ordini Ciſtercienſi cõceſſum extat, vt a Sixto iiij. priuil. 104. num. 3. & priuil. 106. Innocent. iiij. priuil. 111. & a leone x. Congregat. Camand. num. 36. Nec ratione alicuius tituli, commendæ, adminiſtrationis, vel penſionis huiuſmodi prędicta monaſteria impeti, ſeu moleſtari poſſunt, idem Leo x. ibidem num. 37. & Iul. ij. Cõgregat. Montis oliueti priuil. 31. fol. 77. & Eugen. iiij. Congregat. S. Iuſtinæ, ne quis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ huiuſmodi penſiones exigat, nec monaſteria in commendam retineat, vt refertur in Compend. Monachor. S. Benedicti Hiſpaniæ, num. 4.

PLENARIA INDVLGENTIA.

Vide verb. abſolutio 1. & 2. & verb. indulgentia plenaria.

PONTIVM, FONTIVM, & viarum refectio.

Monachi, ſeu eorum monaſteria reparationi pon-

hi pontium, fontium, aut viarum contribuere, aut aliàs eis illorum, vel alia de cauſa indicta, ſeu impoſita ſoluere non tenentur: imo exigere volentes, niſi huius indulti habita notitia ſtatim deſtiterint excommunicationis, & maledictionis æternę pænam eo ipſo incurrunt, Leo x. Congregatio. Camandu. nu. 48.& Iul.ij. Congreg. Montiſoliueti priuil. 31. fol. 84. & Eugen. iiij. Congreg. S. Iuſtinæ, vt Compend. Congreg. S. Benedicti Hiſpa. nu. 7. Vide verb. exemptio. §. 6.

PORTIO CANONICA.

Vide verb. quarta portio canonica.

PREDICATORES ORDINIS.

Quicumque prædicationibus, ſeu concionibus Monachorum Congregationis interfuerint indulgentiam 40. dierum de iniunctis conſequuntur. Celeſt. V. ſuę Congregat. num. 55. Vide verb. indulgentia. §. 27. Quibus vbique ſiue in plateis, ſiue alibi pro animarum ſalute prædicare licet, vt Compend. Societatis Ieſu hoc verb. quod fugitiuis Ordinis prohibitum, eſt, verb. fugitiuus §. 6.

Quod intelligi debet ex forma Concilij Tridentini cap. 2. de reform. ſeſſ. 5. vt ſupra verb. Concilium, dictum

dictum eſt. quid autem de ſemel approbatis tam ad confeſſiones audiendas, quam ad prædicandum cautum ſit, vide ſupra verbo Confeſſarijs, & confeſſionale in fine.

PRELATI SECVLARES.

§. 1.

Vniuerſis, & ſingulis eccleſiarum prælatis, ac principibus in virtute S. obedientiæ, & ſub excommunicationis pæna præcipitur, vt indulgentias, libertates, & conſuetudines rationabiles, & antiquas huius ordinis, & Congregationis illibatas, & ab omni exactione, & moleſtia quorumcumque occaſione immunes cõſeruẽt; ac eiſdem quomodolibet conceſſis Abbates, Abbatiſſas, Conuentus, & perſonas omnes dicti Ordinis appellatione poſtpoſita potiri faciant, & procurent, ab Vrbano iiij. priuil. 35. num. 2. Pio ij. & poſtea a Sixto iiij. priuil. 107. Ciſtercien. & Mari magno Seruorum. num. 35. & 77.

§. 2.

Proinde Prælati ſeculares, & eorum familię, cum eos ad Ordinis Monaſteria declinare contigerit, quibus hoſpitalitatis gratia neceſſaria, iuxta monaſteriorum facultates, miniſtrabuntur, ea ex debito, ſeu præſcripta conſuetudine exigere non præſumant, prout ab Alexandro iiij. vetitum reperitur priuil. 31. Ciſtercien. ſupra verb epiſcopi. §. 6. Quibus autem caſibus

Regu-

Regulares ex Concilio Tridentino ordinarijs ſubijciuntur, vide ſupra verb. Concilium.

PRAESCRIPTIO.

Præſcriptio aliqua contra huius Congregationis Monaſteria, loca, perſonas, & bona, niſi ſexagenaria, etiam ſuper rebus forſan iam præſcriptis, in quibus adhuc tempus illud non eſt abſolutum non currit, Leo x. Congregat. Camandul. num. 57. Iul. ij. Congrega. Montis-oliueti priuil 31. fol. 85. & Eugen. iiij. Congrega. S. Iuſtinæ de plenitudine poteſtatis id conceſſit, vt Compend. Congreg. S. Benedicti Hiſpan. num. 12.

PRINCIPES SECVLARES.

Nullus princeps ſecularis, etiam Monaſteriorum fundator, in eiſdem hoſpitalitatis gratia receptus, vltra duas noctes in eis, aut eorum locis ſub excommunicationis latæ ſentētiæ pœna moram trahere non poteſt. Pius ij. priuil. 82. Ciſtercien. nec etiam eadem monaſteria exactionibus grauare priuil. 50. Ciſtercien. & vide verb. exemptio. §. 7. & verb. epiſcopi. §. 6.

PRIVATIO.

Vide verb. abbas. §. 7. & verb. Capitulū. §. 5.

§. 1.

Congregatio iſta fruitur, vtitur, & gaudet omnibus,& ſingulis priuilegijs toti Ordini Ciſtercien. & quibuſuis aliis ordinibus, monaſterijsque conceſſis,& cõcedendis, Mart. V. priuil. 1.& Eugen.iiij. priuil.4. vide verb. cõicatio.

§. 2.

Quamuis autem contra huius Congregationis priuilegia,gratias,exemptiones, immunitates, & indulta, per unum, aut plures actus ex negligentia, uel ignorantia per quoſcumque ventum fuerit, contrariumque ſit obſeruatum: nullum tamen illis præiudicium generari poteſt; ſed omnia in ſuo robore, & firmitate permanent. Leo x. Congregationi Camandul. nu. 73. Iulius ij. Congregat. Montis olíueti priuil. 31. fol.90.& ibid.Congreg. S. Iuſtinæ Eugen. iiij. priuil. 49. fol.102. & priuil. 50.fol.191. & priuil.52.fol.205.& refertur Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 2.

Præſcriptio quadragenaria regulariter etiam contra ignorantem currit, Abbas in cap. vigilanti. de præſcrip. per illum textum, & per l. fin. in fine C. de præſcription. longi temp. licet poſſit peti reſtitutio in integrum, & illa concedi debeat. iuxta Bart. in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de itinere, actuque priua. quæ quadragenaria procedit etiam contra priuilegia eccleſia-

rum,

rum, cap. accedentib de priuileg. quia intra earum bona computantur, cap. de quarta. de præſcripſ. & auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in hoc conſiſtit vis priuilegij noſtri, vt non ſolum contra ipſum modis prædictis non præſcribatur, ſed etiam, vt ſola ſexagenaria ei derogetur, vt ſupra verb. præſcriptio patet.

§. 3.

Porrò priuilegia dubietate aliqua laborantia data verborum ambiguitate, ex Iuriſperitorum interpretatione, in fauorem noſtrum intelligenda ſunt, Leo x. Congregatio. Camand. nu. 10. & Iul. i. Congrega. Montisoliueti priuil. 31. fol. 72. & refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 4. & Congrega. S. Iuſtinæ, vt Cōpēd. Monach. S. Benedicti Hiſpaniæ nu. 49.

§. 4.

Et non obſtante cōtradictione quorūcumq; prælatorū ſeculariū, priuilegijs nobis quomodolibet cōceſſis vti poſſumus, & ipſi, niſi deſtiterint, excommunicationis pænam incurrunt, & quidquid per eos in contrariū factum fuerit, irritum eſt, & inane, Iul. ij. Congregatio. Montis oliueti priuileg. 32. fol. 97. imo quicumque contra conceſſionum huiuſmodi tenorem ire auſi fuerint tamquam excōmunicati publicari poſſunt; etſi clerici ſunt, dignitatibus, & beneficijs eccleſiaſticis priuādi veniūt; ita vt à quocūque impetrari valeant. Leo x. Auguſtinianis, vt

refertur Cõpend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 10.

§. 5.

Et priuilegijs originalibus, aut eorum tranſumptis authenticis aliarum religionum in fauorem huius Congregationis, aut eius perſonarum exhibitis, eadem fides in iudicio, & extra, adhibenda eſt, acſi pro, & in illius fauorem a ſede Apoſtolica a principio emanaſſent, & eidem immediatè conceſſa fuiſſent. Dominicanis, vt refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. §. 7. & ſupplem. Minorum fol. 69.

Quando priuilegia edenda ſunt, an integraliter, an ſolus articulus, ſuper quo diſputatur, exhiberi debeant, eſt caſus in cap. cum perſonæ. de priuil. lib. 6. & tradunt Bald. & Abbas in cap. contingit. de fide inſtrum.

§. 6.

Cœterum priuilegia, contra Ordinis communia ſtatuta, nec impetrari, nec impetrata retineri, aut eis vti licet: quæ alias, niſi de verbo ad verbum eiſdem ſtatutis, cõſentiente Ordine, derogauerint, nihil roboris obtinent. Eugen. iij. priuil. 3. num. 6. & Clem. iiij. priuileg. 42. Ciſtercien. & Leo x. Auguſtinia. vt refertur Cõpend. ſocieta. Ieſu hoc verb. §. 3.

§. 7.

Quod ét obtinet in priuilegiis huius Cõgregationis, quibus niſi præfato mõ derogari non poteſt,

pôt, pro vt ab Euge.iiij. priu.7.nu.17. & Leone x. Congreg.Camand.nu. 74. & Compend. Minorum hoc verb.§.3.& Iulio ij. Congreg. Montiſoliueti priuil.31.fol.90.& Eugen.iiij.ibidem Congregat.S.Iuſtinæ priuil.47. fol. 170. & priuil.49. fol.183.& priuil. 52. fol.206. & priuil. 55.fol.215. aliàs firma manent,& illibata.

Quamuis longa fuerit inter Iuriſtas diſputatio ſuper reuocatione priuilegiorum, & ſimilium clauſularum in eiſdem appoſitarũ: tandem tamen eò ventũ eſt, poſſe principem, cum cauſa, non ſolum a ſe, ſed etiã a ſuo prædeceſſore conceſſa priuilegia reuocare, arg. c.innotuit.de electio.& l.ille a quo.§. tempeſtiuum. ff. ad trebell. quod & ſtylo Curiæ receptum eſſe teſtatur Fel. in cap. nonnulli.de reſcrip & tenet Abbas in cap. inſtantia. num. 5. de cenſib. per clem. dudum. prope fin.de ſepultu. & ſufficit quod conſtet de intentione principis volentis talia priuilegia reuocare: quia illa in omnibus actibus inſpicienda eſt. vt ait gloſſ. in cap. expoſita. vèrb. intentionis. de arbitris.

Quod autem, quando priuilegia ſunt contra ius cõmune ſcriptum, vel conſuetudinem, vel etiam aliud priuilegium, debeant de illis expreſſam facere mentionem, vide cap. cum nos. de his, quę fiunt a mai. parte.& cap.1.de conſtitu. lib.6. cap.cum ordinem. & cap. veniens. de reſcrip. de quo Abbas in cap. veniens. nu. 16. de præſcrip.& cap. abbate. nu. 6. de verb.ſignifica.& cap. fin. num. 10. vt litæ pend.

Quid verò de priuilegijs indulgentiarum dicendum ſit, vide bulla Cruciata.

§. 8.

Generalis Reformator in Capitulo generali poteſt de conſenſu eiuſdem, vel maioris partis declarare vtrum ab vſu alicuius priuilegii viuæ vocis oraculo in Ordine abſtinere conueniat; ita vt de cætero non ſubſiſtar, Leo x. Compend. Minorum hoc verb. §. 22.

De priuilegiorum confirmatione vide verb. confirmatio, & verbo, communicatio. Viuæ vocis oraculo conceſſa priuilegia, vide verbo, oracula. Qualiter autem perſonæ eccleſiaſticæ, & in dignitate conſtitutę noſtra priuilegia publicare teneantur vide verbo, conſeruatores.

PROCESSIONES.

Quod Monachi noſtri proceſſionibus publicis, & funeralibus inuite intereſſe non teneantur conceſſit Leo x. Congreg. Camand. nu. 45. & Pius ij. Congr. Montis oliueti priuil. 25. fol. 55. niſi præcipuis, & Iulius ij. priuil. 31. fol. 83. & ibid. Eugenius iiij. Congrega. S. Iuſtinæ priuil. 45. fol. 161. niſi de ſpeciali mandato ſedis Apoſtolicæ, & Celeſt. v. ſuæ Congrega. numer. 29.

Obſtat decretum Concilij Tridentini cap. 13. de regula. ſeſſ. 25. niſi Regulares ſint ex Conuentibus

Collegia

Collegia nuncupatis, per bullam Mendicantibus conceſſa.

PROCVRATORES.

§. 1.

Procuratores generales ordinis a Reformatore generali creati, & inſtituti, eo ipſo omniũ monaſteriorum, ac perſonarum cauſas, etiam quæ mandatum ſpeciale requirunt iuxta poteſtatem ſibi ab eodem Generali traditam agere poſſunt, Mart. v. Dominicanis. & Bonifac. viij. Auguſtinianis, vt refertur Compend. Societa. Ieſu hoc verb. §. 1.

Idem ex priuilegijs huius Congregationis conſtare videtur; cum omnia monaſteria, & eorum perſonę, bonaq; ſoli Reformatori pleno iure ſubijciuntur, ac in ea plenariam poteſtatem habet, vt priuil. 4. nu. 6. & priuil. 7. nu. 3. & 5. Eugenij iiij.

§. 2.

Quando autem, & quibus caſibus procuratores monaſteriorum ſeculares abſoluantur, & diſpenſentur, & quibus indultis gaudeant, vide verb. abſolutio quo ad ſeculares. §. 1. & verb. diſpenſatio. §. 9. & verbo indulgentia. §. 2. & verb. interdictum. §. 5.

Profeſſi Ordinis Ciſtercienſis in bonis parẽtum,& alijs a iure delatis ſuccedunt.Innoc. iiij. priuil.86.nu.2.Ciſtercien.vide verb.hæreditas.

Quid autem operetur regularis profeſſio,vide notata ſupra verb.abſolutio quo ad monachos. §.1.

QVARTA PORTIO CAnonica.

§. 1.

Nos,nec monaſteria noſtra, non tenemur ad dandum,ſeu ſoluendum aliquam portionem canonicam, ſiue decimam, ſeu quodcumq; aliud quibuſuis prælatis, aut eccleſijs, ſeu alijs quibuſcumque perſonis, & locis de iure, vel conſuetudine,ſtatutis,aut etiam priuilegijs, de relictis, legatis, & donatis quibuſuis tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus. Leo x. Congregatio. Camandul.num. 49. & 50. & Celeſt. v. ſuæ Congregatio. num. 52. & 53. & Iul.ij. Congregat.Montis oliueti priuil.31.fol.84.

§.2.

Neque etiam de funeralibus,oblationibus,& ſepulturis,etiam in proprijs monaſterijs factis, & generaliter de quibuſcumque, & quomodocumque legatis,vel donatis,non obſtante clem.

dudum.

dudum. de ſepult. ita Sixtus iiij. confirmando Bullam Nicolai v. vt refertur Compend. Minorum, verb. canonica portio. §. 8. & verb. ſepelire. §. 7. & Monumen. fol. 169. conceſſio. 395. & fol. 181. conceſſ. 436. & Eugen. iiij. Congregatio. S. Iuſtinæ. Datũ Bononiæ v. nonas Iunij. 1436. pontifica. anno 6.

Non obſtat decretum Concilij Trident. cap. 13. de reform. ſeſſ. 25. quia iſtà priuilegia non ſolum obſeruatá fuerunt in Ordine noſtro à 40. annis citra, verum etiam à tempore immemoriali; ex quo neſcitur, quòd aliqua portio de huiuſmodi quæſitis à nobis aliquando fuerit ſoluta; ita quod quacumque non obſtante derogatione locum habent priuilegia, niſi ipſis non per generales clauſulas ſpecialem derogationem importantes, ſed in ſpecie derogetur. Sixtus iiij. Compend. Minorum hoc verb. §. 5.

REFORMATOR.

Vide verb. Generalis Reformator. per totũ. Apoſtolici autem reformatores, ſeu viſitatores monaſteria, prioratus, & alia quęcumque huius Congregationis regularia loca vigore quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, niſi de ipſis monaſterijs, prioratibus, ſeu locis ſpecialis, & ſpecifica mentio fiat, viſitare non poſſunt, irritumque, & inane fore quidquid cõtra hanc immunitatem attentatum fuerit, voluit Gregorius ix. Congregat. Montisoliueti priuil. 15. fol. 31.

REGVLA.

§. 1.

In omnibus monaſterijs Ciſtercienſis Ordinis Regula B.P. noſtri Benedicti perpetuis temporibus obſeruari debet: neminique licet præter ſimplicem, & communem intelligentiam alium quemlibet ſenſum inducere. Eugen, iij. priui. 3. nu. 3. Ciſtercien.

§. 2.

Eandemque regulam (ſaluis eius ſubſtantialibus) generali Reformatori in capitulo generali interpretari licere dictum eſt verb. conſtitutiones, ſeu difinitiones. §. 1.

RESERVATIO CASVVM

Vide verbum caſuum reſeruatio.

RESTITVTIO IN INTEGRVM.

Si qua læſio in bonis, & vſibus monaſteriorũ Ordinis per quãuis cuiuſcumq; ſtatus, gradus, habitus, ſeu conditionis, eccleſiaſticæ, ſeu ſecularis, mũdanæ, vel regularis perſonã, etiam culpa prælatorum, monachorum, ſeu procuratorũ, facta fuerit ipſo iure reſcinditur, nec opus eſt aliquam in integrum reſtitutionem à quoquam ſuper ea quomodolibet impetrare, & hoc ius, ſiue priuilegium trahitur ad præterita nondum deciſa, præſentia, & futura. Ioann. xxiij. priuil. 21. fo.

21. fol. 44. Congregatio. Montiſolineti. Quando autem, & quomodo per monachum Ordinẽ ingredientem, vel profeſſionem emittentem in foro conſcientiæ ſit faciẽda vide verb. nouitius, etiam ante abſolutionem, & diſpenſationem, verb. abſolutio. & verb. diſpenſatio.

REVOCATIO.

Quomodo priuilegia huius Congregationis, eiuſque immunitates reuocandę ſint, vide verb. priuilegia. §. 8.

SACRAMENTA.

§. 1.

Sacramenta omnia quibuſcunque ad monaſteria noſtra venientibus, etiam ſecularibus adminiſtrantur, vt verb. abſolutio quoad ſeculares. §. 1.

§. 2.

Quin etiam familiares monaſteriorum, qui eo quòd non ſoluunt decimas ad eadem pertinentes alijs petentibus excommunicantur, abſoluere, & eiſdem ſacramenta miniſtrare poſſumus. Vrban. iij. priui. 8. nu. 10 Ciſtercien. Quid verò in grangijs dicas vt verb. grangias.

§. 3.

Necnon conuerſis, & familiaribus, ac alijs ſecularibus intra ſepta monaſteriorum, & domo-

rum noſtrarum pro tempore habitantibus, ſeruitoribusq; perſonarum Ordinis aliunde venientibus, ac mercenarijs in grangijs, & cellarijs noſtris reſidentibus quoties opus fuerit, iure parochialis, & alterius cuiuslibet in omnibus ſemper ſaluo. Vrban.v. Carthuſien. fol. 25. litt. D. & E. vide ſupra verbo familiares.

SACRILEGIVM.

Sixtus iiij. noſtris Confeſſarijs indulſit, vt abſoluere poſſint ſibi confitentes ab omnibus ſacrilegijs, dummodo cum ſacris non fiant, ſi eo quod tales abſoluerent, ſcandala non oriantur, vt Compend. Minorum verb. abſolutio quo ad ſeculares 2. §. 10. vide ſupra verb. abſolutio quo ad ſeculares. §. 10. vbi attende quid verba illa, cum ſacris, ſignent.

SCRVPVLI.

Generalis Reformator cum conſilio aliquorum Ordinis patrũ, ſi res magni fuerit momenti in rebus dubijs ſcrupulos ſubditorum conſcientijs obijcientibus auctoritate Apoſtolica quid facto opus ſit determinare poteſt, cui ſubditi tuta conſcientia adquieſcere valent, & debent, Leo x. Minorib. vt eorum Compẽd. verb. declarare. §. 5. & verb. priuilegia. §. 11. & ſupplem. fol. 59. conceſſ. 172. vide ſupra verb. de-

cla-

claratio priuilegiorum.

SEDE VACANTE.

Vide ſupra verb.abſolutio.2.§. 6. quòd licẽtia abſoluendi a caſibus reſeruatis morte concedentis non expirat.

SENES:

Vide verbo infirmi. & verbo indulgentia. & verbo officium diuinum.

SEPELIRE.

§. 1.

Corpora monachorum, etiã tempore interdicti obeuntium publice ſepeliri poſſe in proprijs monaſteriorum cœmeterijs conceſſit Iulius ij. Minorib. vt eorum Compend. hoc verb. §. 12. & verb. interdictum. §. 9. & verb. familiares. §. 7.

§. 2.

Eodemque tempore non ſolum corpora cõfratrum, & germanorum Ordinis, verum etiam cuiuſcumque fidelis ad monaſteria venientis, inibique decedentis, niſi publicè, vel nominatim excommunicati fuerint, abſque cuiuſque dioceſani, vel ordinarij licentia in proprijs cœmeterijs ſepeliri poſſunt, Compend. Minor. hoc

verb. §. 17. & Congregat. Celeſtinor. num. 39.

§. 3.

Omnes etiam Chriſtifideles excommunicatis, & interdictis, vel publicis vſurarijs, aut aliàs iure prohibitis exceptis, in locis & monaſterijs huius Congregationis ſuã eligere ſepulturã (ſaluo tamen iure earũ eccleſiarũ, a quibus ipſorũ decedentiũ corpora aſſumi deberent) Leo x. Camandulen. num. 71. Gregor. ix. priuil. 12. fol. 25. Congrega. Montisoliueti, & ibidem Eugen. iiij. Congregatio. S. Iuſtinæ priuil. 49. fol. 182. & idem Eugen. iiij priuil. 50. fol. 192. Tametſi Celeſtinus v. ſuæ Congregat. num. 40. hoc indiſtinctè abſque vlla iuris parochialis conſideratione conceſſerat. Atque ita eorumdem corpora etiam intra parochialium diſtrictum exiſtentia cum cruce proceſſionaliter extrahere, & ad noſtras eccleſias ſepelienda deferre conceſſit Sixtus Quartus Minoribus vt eorum Compend. hoc verb. §. 6.

§. 4.

Sine tamen ſuperiorum monaſteriorum aſſenſu defunctorum quorumcumque corpora in illorum cœmeterijs ſepelire, nec miſſarum ſolennia, vel exequias pro animabus eorum, qui de illorum licentia deferentur nullus Regulariũ vel ſecularium peragere audet. Celeſtin. v. ſuæ Congregat. num. 10. & Clemens iiij compen. Minor. hoc verb. §. 4.

Qui verò moneſteriorum obſequijs inſiſtunt, inibi

inibi decedentes poſſunt in cęmeterijs illorũ ſepeliri, Clemens iiij. Minor. illorum Compend. hoc verb. §.2. vide ſupra verb. familiares.

SERVITORES.

Vide ſupra verb. familiares, per totum: ſeruitoribus autẽ, & famulis monaſteriorum, & aliorum locorum noſtrorum in habitu ſeculari deſeruientibus, quoties opus fuerit poſſumus, etiã in Paſchatis tempore, & mortis articulo in eiſdem locis Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ſacramenta miniſtrare, & ſepulturæ beneficium ſine cuiuſuis licentia impendere, Leo x. Minimis, vt refertur Compend. Societat. Ieſu verb. familiares. §. 2.

SIMONIA.

§. 1.

Quibuſuis Cõfeſſoribus noſtris approbatis cõceſſa eſt poteſtas abſoluendi a Simoniæ labe, niſi ea in ordine, vel beneficio cõmiſſa ſit, Eugen. iiij. Minorib. eorum Compend. verb. abſolutio extraord. quoad ſeculares. §. 5.

Videtur confirmatorium, ſeu declaratorium iuris communis: ſiquidem ſolus ſimoniacus realis in ordine & beneficio ipſo iure excommunicatur, per extrauag. 2. de Simon. licet ſimoniacus in ordine ſit etiam ipſo iure ſuſpenſus cap tanta. & ibi hoc dicit Inno. recep. eod. titul.

§. 2. Ge-

§. 2.

Generalis autem Reformator, Abbateſque, ac monaſteriorum Confeſſores poſſunt monachos, conuerſos, donatos, oblatos, & nouitios animum profitendi habentes præſentes, & futuros abſoluere ſemel ab omnibus, & ſingulis ſuis peccatis quantumcumque enormibus, & etiam à quacumque ſimonia in Curia, vel extra vbicumq; ante, vel poſt ingreſſum religionis commiſſa: necnon à quacumque excommunicatione, &c. Eugen. iiij. Minorib. vt eorũ Compend. verb. abſolutio extraordin. quo ad fratres. §. 2. vide ſupra verb. abſolutio quo ad monachos. §. 2.

§. 3.

Cœterum in vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & receptionibus, ſeu reformationibus monaſteriorum, prioratuum, ſeu aliorum beneficiorum eccleſiaſticorũ pro hac Congregatione, vel in alicuius illius particularis monaſterij commodum faciendis, nulla ex quocumque contractu, pacto, vel conuentione, quę aliàs illicita, & niſi Apoſtolica confirmatione munirentur, expreſsè prohibita cenſerentur, ſimoniæ labes per ipſum Generalem, Abbates, ſeu alios incurritur, ſed illis non obſtantibus, eadẽ ſic adquiri, & retineri, liberè ac licitè poſſe indulſit Iulius ij. Congregat. Montisoliueti priuileg. 31. fol. 89. An autem Moniales ſimoniam incurrant vide notata verb. moniales §. vlt.

§. vlt. in fine.

STATIONES.

Vide verbo indulgentia.

SVBSIDIA.

Vide verb. exemptio. §. 3. verb. decimæ. §. 3 & verb. tallias.

SVCCEDERE.

Vide verb. hæreditas per totum.

SYNODVS.

§. 1.

Abbates, nec eorũ monachi, etiã rõne qurũcumque eccleſiarum monaſterijs vnitarum ad Synodos accedere non tenentur, nec ad id per aliquem compelli poſſunt, immò quidquid in contrarium factum fuerit irritum eſt, & inane, Innocen. iiij. priuileg. 18. & Pius ij. priuil. 84. nu. 2. Ciſtercien. & Congregat. Celeſtin. nu. 29.

§. 2.

Neque etiam ad aliqua Concilia generalia, vel prouincialia, ſeu alias Cõgregationes, etiã auctoritate Apoſtolica indictas. Leo x. Congregatio. Camandul. num. 48.

TA-

TALIAS, SEV GABELLAS.

Nulli Regum, principum, ſeu militum, baronum, vel aliorum temporalium dominorum, comitatuum, vniuerſitatum, aut ciuitatum licet aliquibus monaſterijs, vel illorum locis, poſſeſſionibus, & bonis, gabellas, talias, datia, ſeu collectas, etiã pro pontium, ſeu viarũ reparationibus, aliaue onera, ſeu grauamina inferre, indicere, ſeu imponere, impoſitaque exigere ſub excommunicationis, & maledictionis æternæ pœnis, quas niſi horum priuilegiorum habita notitia deſtiterint, ipſo facto incurrunt. Leo x. Camandul. nu. 48.50. & 51. Iul. ij. Congregat. Montisoliueti priuil. 31. fol. 84. & ibid. Congregat. S. Iuſtinæ Eugen. iiij. priuil. 49. fol. 176.

TESTIMONIVM, SEV TESTES.

§. 1.

In cauſis proprijs monaſteriorum huius Ordinis, ſiue ciuilibus, ſiue criminalibus, ne ius illorum depereat, licet monachorum teſtimonijs vti, eaq; tamquam iuridica recipienda eſſe ſtatuit Vrbanus iiij. priuil. 8. nu. 8. Ciſtercien. Iul. ij. Congregat. Montis oliueti priuil. 31. fol. 83. & ibid. Eugen. iiij. Congregat. S. Iuſtinæ priui. 52. fol. 204. vbi hoc extendit ad cõuerſos, & cõmiſſos Congregationis. & Leo x. Congreg. Camandul. nu. 47. extendit etiam ad nouitios.

§. 2.

§.2.

Ipſi tamen Monachi ad teſtimonium perhibendum compelli non poſſunt. Iul. ij. Congregatio. Montis olíueti priuil.31. fol.83.Honor. iij. Carthuſien. Leo x. Congregat. Camandul. nu. 45.tametſi Pius ij.Congregat. Montis oliueti id limitaſſet, Niſi aliter veritas inueniri non poſſit, & tunc illud perhibeant in ſuis monaſterijs.

Limitatio hæc Pij ij. tamquam omni iuri conſona in omnibus ad perhibendum teſtimonium priuilegiatis ſubintelligenda eſt, vt priuilegio non obſtante; quando veritas aliter haberi non poteſt, compelli poſſint, vt optime poſt Hoſtien. diſtinxit Panor. in cap. . nu. 4. de teſtib. Cogend. quod ipſum ait Nauarrus referens alios in Manua. cap. 25. nu. 49. quia eo caſu; cum implicat peccatum, nulla lex; vel priuilegium, aut princeps eos excuſare poteſt, cap. fin. de præſcrip. cap. iulianus. & cap. ſi dominus. 11. q. 3.

TORQVERE MONACHOS

Omnes, & ſinguli monachi vbilibet exiſtentes quibuſcumq; priuilegijs, & exceptionib. apoſtolicis, de quibus ſpecialis, & expreſſa mentio facienda eſſet, non obſtantib. poſſunt iuxta conſtitutiones, & regularia inſtituta a ſuperioribus viſitari, corrigi, puniri, & emendari, pro vt ſupra verb. correctio. §. 2. & 3. & verb. monachi.

§. 2.

§. 2. & 3. necnon à Generali Reformatore ſuper criminibus grauioribus, ſi res ipſa exegerit, (cũ moderatione tamen) torturę ſubijci, pro: vt à Nicolao v. Minorib. vt eorum Compend. verb. correctio fratrum. §. 9. in fine, vide ſupra verb. eijcere, & expellere. §. 6. & per totum.

TRANSIRE.

§. 1.

Monacho Ciſtercięſi a Nicolao iiij. priu. 46. Ciſterci. inhibitũ eſt, ne quarũcumq; litterarũ vigore abſq; ſuperioris ſpeciali licẽtia, & cauſa cur ea concedi debeat Romano Pontifici inſinuata, ad alium Ordinem præter Carthuſianũ, ſe transferre, nec ipſius habitum, & inſtituta ſuſcipere poſſit: aliàs correctioni Ordinis ſubijciatur: ipſumque ſic tranſeuntem, & ſuperiores aliter ad tranſeundum licentiam concedentes ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubijci ordinauit Eugen. iiij. priuil. 77. Ciſtencien.

§. 2.

Immo nec ad Ordinem prædictum Carthuſianum tranſire poteſt abſque licentia expreſſa ſuperioris, etiam prætextu arctioris vitæ Ordinis, vel obſeruantiæ, aut quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, niſi in eiſdem ſpecialis, &c. aliàs per ſuperiores quibuſcumque non obſtantibus compeſci poteſt, atq; carceribus mãcipari, vide ſupra verb. fugitiuus. §. 1. & ſeqq.

§. 3. Qui

§. 3.

Qui verò poſt licentiam ad aliam religionẽ tranſeundi obtentam ex eadem ante, vel poſt profeſſionem emiſſam receſſerit, & ad ſeculum redierit, vel ad aliam laxiorem tranſierit, contra ipſum veluti contra alios Ordinis apoſtatas ſuperiori procedere conceſſum eſt, vt ex Minorum priuilegijs refertur Compend. Societa. Ieſu, verb. apoſtata. §. 10. & vide ſupra verbo fugitiuus. per totum.

Præfata priuilegia derogant cap. licet. de regula. quatenus facit religioſo facultatem tranſeundi ad ſtrictiorem petita etiam ab inferiori prælato, & non obtẽta licentia: quamuis ad æqualem expreſſa requiratur, vt ait gloſſa recept. in cap. cum ſingula. §. prohibemus. verb. canonica. de præbend. lib. 6. ad laxiorem tamen, iuxta eandem gloßam, ſemper neceſſaria fuit Papæ licentia; ſuper quo nouiſſime Concilium Trident. cap. 19. de regula. ſeſſ. 25. ſic ſtatuit, Nemo regularis cuiuſcumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem. Quæ autem Regula dicatur ſtrictior, & quę perfectior Doctores affatim tractant in cap. non eſt. vbi notab. gloſſa. de regula. S. Anto. 2. part tit. 16. cap. 1. §. 2. Abbas, & alij in cap. ſane. de regul. poſt Innoc. ibid. num. 1. Ioan. And. num. 8. Butrium num. 7. aſſignantes rationes iuſtificantes, vel prohibentes aliquando tranſitum etiam ad arctiorem: nõ enim ſufficit ad hoc vt tranſitus ad aliquã religionem ſit legitimus, quod illa ſit ſtrictior, niſi etiam ſit perfectior,

perfectior, vt per Doctores paſſim in locis ſupra allegatis, & Auguſt. de Ancona de poteſta. Eccleſiæ. q. 97. art. 5. Caſſan. in Cathala. gloriæ mundi. 4. par. conſider. 58. q. 59. Stat ergo regula nullum regularem religionis, quæ hiſce, vel ſimilib. priuilegijs gaudet, poſſe ad aliam quantumcumque ſtrictiorem tranſire, niſi de licentia, & beneplacito ſui ſuperioris expreſſo. Quando autem, & quomodo ſuperior poſſit, & debeat in foro conſcientiæ illud concedere vide S. Thomam 2. 2. q. vlt. & Silueſt. in ſumma verb. religio 4. q. 1.

TRICENNARIVM S. LAMBERTI.

Vide definitiones Congregationis, & priuilegiorum facultatem.

TRIREMIBVS DAMNARE.

Vide verbo eijcere, & expellere. & quæ ibi adnotantur.

VENDERE.

Vide verbo alienare, & verb. bona Congregationis.

VESTES SACRAE.

Generalis Reformator, & Abbates in proprijs

priis ſuis monaſteriis veſtes, & alia diuino officio celebrando neceſſaria benedicunt, pro vt verb. abbas. verb. benedicere. & verb. generalis. dictum eſt; veſteſque & pannos profanos in paramenta, & alios eccleſiaſticos vſus, ſecura conſcientia conuertere poſſunt, vt ſupplem. Minorum fol. 97. conceſſ. 344.

VISITATORES ORDINIS.

§. I.

Quæcumque monaſteria, loca regularia, ac perſonas huius Congregationis de cætero, ac perpetuis futuris temporibus, etiam prætextu quarumcumq; literarum apoſtolicarum in poſterum etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibuſcumque cauſis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, efficaciſſimis, & inſolitis, &c. etiam ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Ducum, Principum, &c. concedendarum per alios, quàm eorũ viſitatores, iuxta Ordinis regularia ſtatuta, & definitiones ad id pro tempore deputatos viſitari non poſſe in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub cenſuris eccleſiaſticis inhibuit Alexand. iiii. priuil. 31. & 33. & Innoc. viii. priuil. 110. Ciſtercien. Gregori. ix. Congregat. Montis olіueti priuil. 15. fol. 31. & Congregat. Celeſtinor. num. 43. & idem Alexand. iiii. & Clemens iiii. Carthaſien.

§. 2.

Quæ etiam ab omni cenſu, & ſolutione virtute cuiuſuis prętenſæ viſitationis, aut ſubiectionis quocumque iure debitis, etiamſi quarumcumque litterarum apoſtolicarum vigore exigantur, exempta ſunt. Leo x. Congregatio. Camandul. num. 53. & Iul. ij. Cong. Montiſoliueti priuil. 31. fol. 85.

§. 3.

Ipſique viſitatores Congregationis, Abbates, & Abbatiſſas a ſuis officijs ad tempus ſuſpēdere, non tamen priuare poſſunt: id enim Capitulo generali, ſeu intermedio eius competit. Eugenius iiij. priuileg. 8. num. 10. iuxta Ordinis definitiones.

§. 4.

Abbates autem monaſteria vtriuſque ſexus ſibi ſubdita, quæ filiationes vocantur, viſitant. Eugen. iiij. priuil. 8. num. 20.

§. 5.

Cœterum in quibuſcumque Congragationis monaſterijs vtriuſque ſexus, in quibus Generalis Reformator, & alij Ordinis viſitatores in actu viſitationis fuerint, ea peracta habent facultatem concedendi benedictionem, & indulgentiā omnibus monachis, & monialibus ibidem exiſtentibus. Leo x. Minoribus, vt eorum Compend. verbo miniſter. §. 12. & Gregorius xiij. Societati Ieſu illius Compend. hoc verbo.

§. 6. In

§. 6.

In eccleſijs verò parochialibus Ordinis, ſeu per monachos deſeruiri ſolitis, quæ ex forma Concilij Trident. ab ordinarijs locorum viſitantur, quid obſeruari debeat vide verb. eccleſiæ monaſteriorum. §. 5.

Quomodo etiam vniuerſi monachi vbilibet exiſtẽtes viſitẽtur & quid obſeruari debeat vide verb. correctio. verb. eijcere. & verb. monachi.

VNCTIO SACRA.

Vide verb. extremaunctio.

VNIONES.

§. 1.

Vniones quæcumque monaſteriorum, prioratuum, locorumque regularium, ſiue aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum huic noſtræ Cõgregationi factæ, & faciendæ ſub Apoſtolicis reuocationibus, caſſationibus, & annullationibus in genere, vel in ſpecie factis, & faciendis non comprehenduntur, nec præiudiciũ aliquod per illas eis infertur: ſed illę omnes, etiam poſt reuocationes, & caſſationes huiuſmodi, niſi de verbo ad verbum in eis inſererentur, ſpecialiſque, & expreſſa, ſeu indiuidua, de ipſis monaſterijs, & Congregatione mentio fiat, in ſuo robore inconcuſſæ permanent: irritumq; eſt, & ina-

ne quidquid ſecus contigerit attentari. Leo x. Congregat. Camand. nu. 75. & 76. & Benedictinis, vt refertur Compend. Societatis Ieſu hoc verb. & Iul. ii. Congregat. Montis oliue. priuil. 31. fol. 91. & Congreg. S. Iuſtinę Eugen. iiii. priuil. 47. fol. 166.

§. 2.

Quòd ſi in prædictis vnionibus, annexionibus, incorporationibus, receptionibus, ſeu reformationibus, conuentiones, & pacta illicita, & quando Apoſtolica confirmatione carerent expreſſe prohibita inuenirentur, interuenerint, illas tamen ratas, & firmas fore, & eſſe, ipſaque pacta, & conuentiones obſeruari liberè, ac licitè poſſe ſtatuit Iulius ii. Congrega. Montis olueti priuil. 31. fol. 73. 77. & 89

§. 3.

Conuentionesq;, pacta, & modos huiuſmodi facta, & facienda in forma publica redacta eo ipſo apoſtolico robore communita eſſe, Leo x. Camandulen. nu. 18. & 19. & Congregat. Montis olueti Pius ii. priuil. 21. fol. 54. & Iul. ii. priuil. 31. fol. 73.

VOTA COMMVTARE,
Et diſpenſare.

§. 1.

Confeſſarii ordinis approbati omnia vota exceptis vltramarinis, viſitationis Baſilicæ B. Petri, & Pauli de vrbe S. Iacobi in Compoſtella, Caſtitatis, & Religionis quibuſuis

commut-

commutare poſſunt, Paul. iii. Societati Ieſu, quod ad iurata extendit Gregorius xiii. dummodo non commutentur in præiudicium tertii, vt illius Compend. verb. commutare. §. 1.

Id procedit, quando votum, vel iuramentum principaliter fit, vel reſultat in vtilitatem alterius, iuxta tradita per Nauarrum in Manua. cap. 12. nu. 31. verſ. Tertio præſupponimus. & nu. 56. de voto reali: quia tunc cõmutatio fieri debet regulariter in æque bonum, vel melius pro cauſa diuerſitate, ex omnium mente, quam optime reſerat Caieta. 2. 2. q. 88 artic. 12. nam vt optime ait Palud. in 4. diſt. 15. q. 5. col. 2. reſtitutionem Deo faciendam poteſt moderari eius Vicarius; non autem homini faciendam.

§. 2.

Quilibet autem Abbas diſpenſare poteſt cum oblatis, donatis, & commiſſis ſuper quolibet eorum voto, excepto Religionis, ipſumque commutare, dummodo in religionis obedientia perſeuerent: alias illa implere tenentur. Eugenius iiii. priuil. 10. nu. 33. & Congregatio. S. Benedicti Hiſpan. vt illius Compend. num. 48. & Congregat. S. Iuſtinæ, vt refertur eod. Compend. num. 20.

§. 3.

Quinetiã diſpẽſare põt ſuper voto ſtrictioris Religionis cũ hãc noſtrã Cõgregatione ingredi volentibus, de quo verb. nouitius. §. 1.

Quomodo vero, & quis diſpẽſare poſſit ſup

votis Epiſcopis reſeruatis, eaque commutare, ſeu irritare, vide verb. abſolutioquo ad monachos.§.9. verb.diſpenſatio. & verb.caſus.

Voti diſpenſatio,commutatio,& irritatio differũt, ita vt non omnis qui vnum poteſt, poſſit aliud, Nauarr. in Manual. cap. 12. nu. 73. & 79. & cum diſpenſatio ſemper requirat cauſam, illamque iuſtam, ſequitur diſpenſantem, & diſpenſatum ſine illa peccare, vt idem ibid. num. 75. & cap. 25. num. 96. & prælud. 9. nu. 13. vota autem omnia religioſorum irritare poteſt regulariter illorum prælatus: non tamen nouitij, quia illius voluntas nondum a prælati voluntate pendet, idem d. cap. 12. num. 65. verum tempore profeſſionis omnia illius vota ipſo facto in votum ſolenne Religionis commutantur, ibid. & nu. 78. Donec tamen irritentur Religioſorum vota, quæ regulæ contraria non ſunt, tamquam valida ſeruari debent, idem de regularib. Commenta. 2. num. 42.

LAVS DEO.

A D-

ADMONITIO
Ad Lectorem.

ADmoneo te, Religioſe Lector, quòd dum priuilegia hęc compilarem, quędam è memoria exciderunt, quæ poſtea cum fermè typis excuſa eſſent, recolui. Qua in re ob illorum multitudinem, ac varietatem excuſabilis viderer, (nihil enim omni ex parte perfectum protinus eſſe poteſt) niſi domeſtica, & huius Congregationis peculiaria eſſent, & quędam ex his, quorum impetrãdorum cauſa fui. Malui tamen meam in hoc negligentiam accuſare; quàm illa prętermiſſa relinquere: & quę hic ſubijcio, ſi iterum Deo iuuante imprimentur ſub verb. indulgentia, & communicatio ex numero §§. locanda erunt.

§. 34.

Quoties feſtum D. Iacobi Dominica die celebrabitur, Monachi, ac nouitii Congregationis, qui aliqua altaria in illius eccleſiis viſitauerint, iubilæum conſequũtur, quod alias eius corpus eadem die viſitando conſequerentur. quod lib. definitionum Congregationis, cap. 26. de indulgentiis. ab Eugenio iiii. refertur obtentum.

§. 35.

Omnes verò vtriuſque ſexus perſonę monaſteriorum Congregationis quoties officium B. Virginis Mariæ ſecundum huius Ordinis inſtitutum tam in choro, quàm extra recitauerint pro qualibet vice centum dies indulgentiæ de iniunctis, aut aliàs quomodolibet debitis pænitentiis, officium verò defunctorum, aut ſeptẽ pſalmos pęnitentiales quinquaginta anctoritate apoſtolica conſequuntur. Pius v. anno 3. Pontif. viii. kalen. Nouembris.

§. 36.

Et Gregorius xiii. 1 . Septemb. 1577. eiſdem vtriuſque ſexus perſonis indulſit, vt quoties ad antiphonam, Salue Regina. in fine Completorii, quod ſolenniter decantari ſolet, choro interfuerint vnum indulgentiæ annum, ſi autem ibidẽ decãtauerint duos conſequantur.

§. 37.

Necnon qui diebus, quibus ex Ordinis cõſue-

ſuetudine ſolennitas ceremoniæ Inclina, nuncupatæ, in honorem D. N. Ieſu Chriſti, ac beatiſſimæ eius matris Mariæ celebrabitur in Capitulo cuiuslibet monaſterii inuenti fuerint vnũ annum indulgentiæ conſequuntur.

§ 38.

Qui autem in eodem Capitulo, cum pro anima alicuiꝰ Ordinis defuncti oratur, (quod abſolutio animæ dicitur) ibidem inuenietur, atq; pro ea orauerint, ſeptem annos, & ſeptem quarantenas indulgentię conſequuntur, quam etiã per modum ſuffragij conſequitur ipſius defuncti anima. Grego. xiij. vbi ſupra.

Nec me latet antiqua illa, & immemorialis allegata conſuetudo Congregationis S. Benedicti Hiſpaniæ, quæ ſingulis annis prima die lunæ Quadrageſimę Generalis, Abbates, Priores, ac monaſteriorum Prę ſidentes ſolent publicè in Capitulo omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas eiuſdem Congregationis cuiuſcumque qualitatis a maioris, & minoris excommunicationis, ſuſpenſionis, ac interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris, ac pœnis. nec non a periurio, & iuramenti tranſgreſſione, ac ab omnibus, & ſingulis quantumcumque grauibus, & enormibus, ac etiã ſedi Apoſtolicę quomodolibet reſeruatis caſibus, peccatis, & delictis quomodolibet ꝓ tp̃re perpetratis, & cõmiſſis, exceptis cõtẽtis in bulla, quæ in die cœnę Domini ſolita eſt legi, abſoluere, & illorum plenariam indul-

indulgentiam,& remiſſionem concedere, ac cũ eiſdem ſuper quibuſuis irregularitatibus præmiſſorum,ſeu alia quauis occaſione, vel cauſa, pro tempore per eos quomodolibet incurſis, & vt in eorum ordinibus, etiam in altaris miniſterio miniſtrare, necnõ ad quæcumque officia, & beneficia eccleſiaſtica, honoreſque dicti Ordinis eligi,& aſſumi, eaque retinere valeãt, diſpenſare,necnon in priſtinum,& eum,in quo antea erant ſtatum, ad ſacramentaque eccleſiaſtica, & Chriſtifidelium communionem reſtituere,pro vt ex traditione quadã apparet. quia tamẽ hęc gratia eſt ampla,exorbitãſque, & tantũ conſuetudine nititur,licet ipſi Patres eã a Paulo iiij.confirmatã fuiſſe aſſerant,de quo nil cõſtat, & illa in dicta venerabili Congregatione adhuc in vſu ſit,nos eadem vti poſſe nõ exiſtimo: quia extentio noſtra illa tantum priuilegia, de quorum conceſſione conſtat, non autem præſumpta, & quę conſuetudine tantum nituntur, comprehendit: pręſertim quia, quod ipſi per hanc gratiam in foro exteriori prętendunt, nobis a Iulio ij.priuil.19.nu.2.in foro conſcientię cõceſſum fuit, & cùm regulares tanquam exempti coram alio, quàm proprio prælato ex delicto,vel aliàs conueniri non poſſint,conſequens eſt pręfatam generalem remiſſionem quo ad forum exterius,parum operari, poſtquam abſolutio quo ad forum conſcientię ex ſupradicto noſtro priuilegio ſecuta fuerit.

§. 8.

Per communicationē factā monialibus monaſterijs S. Bernardi apud eccleſiā S. Suſanę de vrbe vti poſſumus omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs etiam plenarijs, & peccatorū remiſſionibus, & vniuerſis gratijs tēporalibus, ac ſpiritualibus Ordinibus S. Benedicti, & Ciſterciēſi, eorūq; Cōgregationibus, monaſterijs, domibus, ac cōuentibus, Abbatibus, monachis, monialibus, eorumq; eccleſijs, & capellis conceſſis, necnon quibuſuis priuilegijs tā ſpiritualib. quàm temporalib. cōfraternitati Cathecumenorum, eorumque eccleſijs, capellis, protectoribus, cōfeſſoribus, ac alijs Chriſtifidelibus dictas eccleſias, & capellas viſitantibus cōceſſis, perinde acſi nobis cōceſſa fuiſſent, Sixt. v. Idib. Februarij, Pontifica. anno 1. 1585. & Idib. Iunij. 1587. Pontifica. anno iij.

FINIS.

I N-

INDEX VERBORVM
Quæ in hoc Volumine continentur.

A

Abbas. pag. 1
Abbatiſſa. 5
Abſolutio quoad Monachos. 6
Abſolutio quoad ſeculares. 28
Alienatio. 34
Altaria. 34
Appellare. 36
Apoſtata. 38

B

Baptizare. 38
Benedicere. 39
Benefactores. 43
Beneficia eccleſiaſtica. 44
Bona Congregationis. 45
Bulla Cœnæ. 49
Bulla Cruciatæ. 50

C

Canonica portio. 52
Capitulum generale, & intermed. 52
Carnium eſus. 57
Caſuum reſeruatio. 58
Cauſæ Ordinis. 60
Celebratio diuinorum. 63
Cenſura eccleſiaſtica. 64
Ceſſatio à diuinis. 65
Collegia Ordinis. 65
Coloni, & commenſales. 67
Communicatio priuilegiorũ. 67
Commutatio. 73
Concilium Tridentinum. 73
Confeſſores, & Cõfeſſionale. 76
Confirmatio priuilegiorum. 80
Congregatio. 81
Conſecrare eccleſias. 81
Conſeruatores. 82
Conſtitutiones ſeu definitiones. 87
Cõtractus, & Cõuentiones. 90
Conueniri in iudicio. 91
Conuerſus Donatus, & oblatus. 92
Corporalia. 93
Correctio monachorum coactiua. 94
Cruciata. 97

D

Decimæ reales, & perſonæ. 97
Declaratio priuilegiorũ. 103
Definitores. 103
Definitiones Ordinis. 103
Diſpenſatio ordin. & extraord. 104
Diſpenſatio quoad ſeculares. 113
Donationes. 116
Dubia. 116

E

Eccleſia Monaſteriorũ. 116
Ædificare. 119
Eijcere, & expellere. 120
Electio. 123

Em-

Emphiteuſis. 125
Epiſcopus. 125
Eſus carnium. 128
Euchariſtia. 128
Excommunicatio, 129
Exemptio, & exactio. 131
Extrema unctio. 138

F

Familiares Monaſteriorum. 138
Feſtiuitates Sanctorum. 141
Feudalia bona. 141
Fideiubere, & mutuo acc. 142
Fugitiuus, & Apoſtata. 142
Funeralia publica. 151

G

Generalis Reformator. 151
Grangia. 157
Gratiarum vſus. 158

H

Habitus. 160
Hęreditas, & ſucceſſio. 161
Hæretici. 163
Homicidium. 164
Hora Canonicę. 165

I

Ieiunium. 165
Immunitas. 167
Impetrare. 167
Incarcerare. 168
Incorrigibiles. 168
Indulgentia. 168
Indultum. 182
Infirmi. 182
Interdictum. 185
Interpretatio. 192
Irregularitas. 193
Itinerantes. 193
Iubilæum. 193
Iudex 193
Iuramentum. 194

L

Laici fratres. 194
Legati Apoſtolici. 194
Legata. 196
Leſiones. 196
Litera Apoſtolica. 197
Lites. 198

M

Medici. 198
Miſſæ. 199
Monaſteria. 201
Monachi. 205
Moniales. 208

N

Notalium defectus. 213
Notarij. 214
Nouitius. 215
Nuncij Apoſtolici. 220

O

Obedientia. 220
Oblationes. 222
Officium diuinum. 2.
Officiales, et officia Ordinis. 227
Oracula. 227
Ordinarij Iudices. 228
Ordines. 228
Ornamenta Sacra. 231

P

Paramenta Sacra. 231
Parentes Monachorũ. 231
Penſiones. 232
Plenaria Indulgentia. 233

Pon-

Pontium, fontium, & viarum refectio. pag. 232
Portio Canonica. 233
Prædicatores ordinis. 233
Prælati ſeculares. 234
Præſcriptio. 235
Principes ſeculares. 235
Priuatio. 235
Priuilegia. 236
Proceſſiones. 240
Procuratores. 241
Profeſſi. 242

Q

QVarta portio canonica. 242

R

REformator. 243
Regula. 244
Reſeruatio caſuum. 244
Reſtitutio. 244
Reuocatio. 245

S

SAcramenta. 245
Sacrilegium. 246
Scrupuli. 246
Sede vacante. 247
Senes. 247
Sepelire. 247
Seruitores. 249
Simonia. 249
Stationes. 251
Subſidia. 251
Succedere. 251
Synodus. 251

T

TAlias ſeu gabellas. 252
Teſtimoniũ, ſeu teſtes. 252
Torquere monachos. 253
Tranſire. 254
Tricennarium S. Lãberti. 256
Triremibus damnare. 256

V

VEndere. 256
Veſtes ſacræ. 256
Viſitatores Ordinis. 257
Vnctio ſacra. 259
Vniones. 259
Vota commutare, & diſpenſare. 261

FINIS.

REGESTVM.

† A B C D E F G H I K L M N O
P Q R.

Omnes Quaterniones, † vero Duernio.

R O
Excudebant Alex
Franciſcus

M. D. LX